

186.

1442. November 28. A nagy-váradi káptalan jelenti I. Ulászló királynak, hogy számos nemes vallomása szerint Gyulafalvi Nán Pap Hothpatak és Kopácsfalva birtokokat Szarvasszói Gerhes Pétertől újból elfoglalta, és midőn az e részben hozott ítélet és királyi parancs értelmében utóbbit több szomszédos birtokos közbenjöttével ismét beiktatni kívánták, Nán Pap számos nemessel és azok jobbágyaival utjokat elzárta, ő maga a királyi embert karddal, Bártfalvi Szteczk István Thari András főispánt nyilakkal megölni szándékozott, mindnyájan a beiktatásnak ellenszegültek, az meghiúsult, miért is felek a király személyes jelenléte elé idéztettek.

Serenissimo principi domino Wladislao Dei gratia Hungarie, Polonie, Dalmatie, Croatie etc. regi Lythwanieque píncipi suppremo et heredi Russie, domino eorum naturali. Capitulum ecclesie Waradiensis, orationes in filio virginis gloriose, perpetua cum fidelitate, vestra noverit serenitas, quod cum nos receptis literis vestris adjudicatoriis, modum et formam vestre iudicarie deliberationis, in se denotantibus pro parte Petri dicti Gerhees de Zarwazo, contra Naan dictum Pop de Gywlafalwa emanatis, comiti vel vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus Maramarosiensis directis, nobisque preceptorie loquentibus, iuxta earundem continentiam, mandatis vestre serenitatis in omnibus obedire cupientes ut tenemur, una cum Sandrino filio Mich de eadem Zarwazow, homine vestro regio, literis in eisdem inter alios nominatim conscripto, nostrum hominem videlicet discretum virum Anthonium presbiterum rectorem altaris sancti Lodovici confessoris, in dicta ecclesia nostra Waradiensi fundati, ad ea, que in eisdem literis vestre serenitatis continentur, fideliter peragenda, nostro pro testimonio transmississemus fidedignum, qui demum exinde ad nos reversi, nobis uniformiter retulerunt isto modo, quod ipsi feria tertia, secunda videlicet die festi beate Elizabeth in opido Zygeth, die scilicet et loco sedis iudicarie eiusdem comitatus, vicinis, et commetaneis eiusdem nobilibusque conprovincialibus more proclamate congregationis illuc convocatis et convenientibus, ab eisdem ad fidem eorum Deo debitam fidelitatemque vobis et sacro vestro dyademati observandam, coram Andrea de Thar

comite ac iudicibus nobilium, tacto vivifice (Crucis) signo prestitam, talem scire potuissent veritatem, Item primo commetanei videlicet Roman filius Brathul de Dese, Gywla filius Mykle de Swgathagh ex utraque parte possessionis Hathpathak, Andreas de Farkasfalwa¹⁾, Iohannes de Barchanfalwa, Wanch et Sandor filij Iwasko Militis, de eadem, Item Michael — Bogdan de Ruskowa, Ambrosius filius Stanislai de Dolha vicecometanei, Item Petrus de Zaploncza, Iohannes Bosa de eadem, Thomas de Zarwazow, Iohannes de eadem, Gorzo de Lypcze et Thatul de Ilholch, conprovinciales dictarum possessionum Hathpathak et Kopachfalwa, ex scitu taliter facti extitissent, quod prefatus Nan Pop dictus de Gywlafalwa prenomatas possessiones Hathpathak et Kopaczfalwa a manibus prefati Petri Gerhes de novo potencialiter occupasset, factaque humana attestazione, cum ipsi tertia die dicti attestationis una cum predictis comite et iudicibus nobilium, iuxta contenta dictarum vestrarum literarum, ad restatuendas dictas possessiones, memorato Petro Gerhes, accedere voluissent, et prope villam Pathaak simul cum universis vicinis et commetaneis videlicet Leuke de Farkasrew, Sandrino filio Michaelis de Bwdfalwa et altero Sandrino de eadem, Michaele de Ruskowa, item Iohanne de eadem, Georgio de Sayo, Gywla filio Michaelis de Swgathagh, et Michaele de Kyrichfalwa pervenissent, tunc Nan dictus Pop, Michael filius Lad²⁾, Georgius filius eiusdem, alter Georgius filius Iwanka et Blad, nobiles de Gywlafalwa, item Michael Stoyka et Moneyla filius Gozholya³⁾ Goztha filius Stephani Pop, Iuga⁴⁾ et Negrila⁵⁾ cum filio suo, de possessione Feyrfalwa nobiles, item Steczk, Petrus filius Thywadar et Michael Gozholya nobiles de Barthfalwa, item Iohannes filius Radwl⁶⁾ et Myk⁷⁾ de Felsewfeyerfalwa⁸⁾ nobiles, item Michael Chuthurga et Sandrinus de Kalynfalwa nobiles, Item Chygankarachon Iobagio Georgy de Gywlafalwa, item Anthonius Egidy de Hozywmezv, item Gywrka et Michael filius Stefani de Feyrfalwa nobiles, cum ipsorum Iobagionibus, Item Iwan Berkes Iobagio ipsius Pap Naan et Dancz Sypus Iobagio eiusdem, Iohannes filius Hencz de possessione Hathpathak, item Iuga de Kalynfalwa, item Kosta filius Blasy Iobagio Iohannis de Weresmarth, per ipsos congregatis et accersitis ac alys conpluribus in via indagines facientes cum veribus ligneis et alys fortalicys preparatis in eisdem indaginibus, manibus armatis et potentiariis contra et adversus ipsos insistentes, ubi sepe dictus Naan Pop, predictum Sandrinum, hominem vestrum regium cum sua hasta miserabiliter interimere volens, dictus etiam Stephanus Steczk dictus de Barath-

falwa, sagittas suas contra ipsos videlicet Andream de Thar comitem emittere volens, ymmo prefati nobiles cum ipsorum iobagionibus prescriptis (pari) consensu et unanimi voluntate ipsos una cum comite et iudicibus nobilium inibi interimere machinantes, assentientes etiam prefati nobiles, ut licet vestra serenitas prefato Petro Gerhes donaverit et adiudicaverit, tamen usque lacera suorum gutturum eundem intrmittere et introduci facere minime permetterent, et per nullam viam ipsos ad introducendum et statuendum committerent, sicque ipsam executionem perficere nequivissent. Hysque sic habitis eundem Naan, simulcum omnibus suis iuribus et literalibus instrumentis, si que in facto dictarum possessionum habeat emanata, contra ipsum Petrum Gerhes, similiter sua iura et literalia instrumenta factum earundem possessionum concernentia, producere debentem, ad octavas festi Epiphaniarum terminum videlicet literis in eisdem specificatum, sine crastinatione vestram evocassent personalem in presentiam, rationem premissorum redditurum ac finales iudicium et conclusivam determinationem exinde recepturum. Insinuassent ibidem ut si venerit et dicta iura ac literalia sua instrumenta exhibuerit, finaleque iudicium et deliberationem exinde receperit bene quidem, alioquin sua absentia et non venientia, rebellioneque et contumacia non obstante, id faceretur in premissis, quid dictabit ordo iuris. Datum septimo die diei executionis et evocationis prenotatarum. Anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo secundo.

1) Farkasfalva=Farkasrév.

2) Lad=Blad=Vlad=László.

3) Goztolya=Coztha=Ágoston.

4) Juga=György.

5) Negrila=Negre=Moricz.

6) Radul=Hilarius=Caudentius.

7) Mic=Miklós.

8) Felsőfejérfalva=Somfalva.

9) Papirra irt és pecséttel ellátott eredetiből másolta és velem közölte Szilágyi István igazgató.

187.

1443. A 185. szám alatt közölttel ugyanazonos rendelet töredéke, megtoldva a Gerhes Péternek Bréb és Kopácsfalva birtokába megkísértett, de meghiusult beiktatásáról szóló jelentéssel és újabbi idézéssel.

. hes personaliter in nostram personalem veniendo presenciam literas vestras super premissis relatorias simul cum literis preceptorys pro ut ex earumdem seriebus apparet, iuxta earumdem continenciam una cum Sandrino filio Michaelis de capitulum in testimonio dato, uti etiam idem homo noster et vestrum testimonium dicti capituli ad ipsum dictarum eiusdem comitatus Maromarusiensis vicinis et commetaneis earumdem possessionum, nobilibusque comprovincialibus dic tacto dominice crucis signo prestita talem scivissent veritatem quod primo Roman filius Bratwl de wantz et Sandor filii Ivasko Militis de eadem commetanei, item Michael fillus Bogdan de Rwskova omnibus de Lipche et Tatwl de Ilhowch comprovinciales dicti comitatus ex scitu taliter fassi extitissent, quod prefatus ssent, factasque huius modi attestaciones idem vicecomes cum eisdem homine nostro et testimonio dicti capituli dictus Pap cum suis complicitibus, literis in eisdem nominatis et signanter Stephano Stechk dicto de Bartfalwa dictus etiam Stephanus Steechk contra eundem vicecomitem sagittas suas ei huius modi statucionis f requisivisset, hys itaque In homo noster presente eodem testimonio dicti m Petrus Gerhes similiter literalia sua instrumenta factum earumdem possessionum concernencia ac finale iudicium exinde recepturis, insinuasset ibidem eisdem, ut si venerit et premissa sua literalia instrumenta in premissis quid iuri videretur expediri. Ad quem quidem octavum diem festi epiphaniarum domini sine expectatus, dicta sua literalia instrumenta exhibiturus in eandem promisit, postulans prefatus Petrus Gerhes sibi ex parte annotati Naan Pap per nostram maiestatem sque comprovinciales dicti comitatus Maromarusiensis ad fidem eorumdem debitam, fidelitatemque nobis et sacro nostro d aan Pap

de manibus dicti Petri Gerhes de novo occupasse, eundemque de dominio eiusdem exclusisse, ac nostrarum preceptoriarum continenciam, premissam statucionem annotato Petro Gerhes modo quo supra faciendam fieri ncialem obviasse, ex seri-ebus earundem literarum vestrarum, et predicti capituli Varadiensis relatoriarum clare adinven attestationemque dictorum vicinorum et commetanerorum dictarum possessionum, nobiliumque conprovincialium ejusdem comitatus Maramorosiensis ad huc ad premissa proclamare debere cernebatur, pro eo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus w Andreas de Farkasrew sew Thoma de prefata Zarwazo, sive Erdew neve Andrea filio Stan de eadem capitulum ad id serie presencium transmitti jubemus, ad facies prescriptarum possessionum Hathpataka et Kopach utilitatibus et pertynencys quibuslibet eidem Petro dicto Gerhes iure sibi incumbenti possidendas, contradiccioni prefati capituli memoratum Naan Pap premissa litteralia sua instrumenta exhibiturum exindeque finale tudiccium et delib Georgy martyris nunc venturi in tribus foris conprovincialibus publice et manifeste personaliter proclamare de dictoque et parti adverse fecerit bene quidem easdem octavas per nos et dictum capitulum eedem nostre personali presencie fideliter rescribi volumus et mandamus hiventibus restitutis. Datum ut supra.

Papíra irt és királyi pecséttel ellátott eredetiből. Ezen oklevél, — melynek csak közepe maradt fenn, két széle elveszett, — első részében a 185. sz. a. királyi rendeletet tartalmazza szóról-szóra; második részét leginkább azért közlém, hogy ha idővel a két szél is megkerülne, a szöveg kiegészíthető legyen.

188.

1443. Január 14. Buda. Ulászló király levele arról, hogy Szarvasszói Gerhes Péter a Gyulafalvi Pap Naan elleni perben kitűzött határidőben nyolcz napon át várakozott, de Pap Naan meg nem jelent, sem maga helyett mást nem küldött, minél fogva utóbbi hacsak magát nem igazolná, per-vesztesnek nyilvánított.

Nos Wladislaus Dei gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie, Croacie etc. Rex Lythwanieque princeps supremus et heres Russie damus pro memoria quod Petrus dictus Gwrhes de Zarwazo personaliter contra Naan Pap dictum de Gywlafalwa ab octavo die festi Epiphaniarum domini sine crastinatione octo diebus continuis legitime stetit in termino coram nostra personali presencia, qui iuxta continenciam literarumstrarum preceptoriarum restacionariarum pariter et ewocatoriarum ac vicecomitis et iudicum nobilium comitatus Maramorosiensis et Capituli Waradiensis relatoriarum super factis in eisdem contentis legitime evocatus sua instrumenta exhibiturus nominique iudicium in premissis recepturus eandem nostram personalem in presenciam non venit neque misit unde ipsum commisimus fore convictum si se racionabiliter non poterit excusare. Datum Bude nono die termini prenotati. Anno domini millesimo quadringentesimo quadregesimo tercio.

Papirra irt és pecséttel ellátott eredetiből.

189.

1444. Márczius 9. Buda. I. Ulászló király Kisbocskói Simonnak, testvérének Jánosnak és nagybátyjuknak Marus Györgynek adományozza Kis-Bocskó elhagyott praediumot azon érdemek jutalmazásául, melyeket Simon a törökök ellen Szerbiában, Bulgariában és Rumelia határain viselt hadjáratokban szerzett.

Commissio propria domini Regis.

Nos Wladislaus Dei gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie Croacie etc. rex, Lythwanieque princeps supremus et heres Russie, Significamus tenore presencium quibus incumbit universis, quod nos consideratis fidelitatibus et fidelium servitorum gratuitis meritis fidelis nostri Symonis de Kysbachko,¹⁾ que ipse maiestati nostre in diversis expeditionibus et signanter contra Turcos Christiane religionis et hulus regni Hungarie infestissimos inimicos novissime factis, nobiscum fere per totam Rasclam et Bulgariam usque ad confinia Romanie procedendo²⁾, in pluribus conflictibus cum eisdem Turcis ibidem commissis non parcendo rebus et persone suis, se fortune casibus submittendo, cum effusione sui sanguinis exhibuit et impendit, quoddam predium nostrum desertum Kysbachko vocatum in comitatu Maramorusiensi in districtu Kohnya existens et habitum, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinencys quibuslibet, puta terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, rubetis, montibus, vallibus, vineis, vinearumque promontorys, aquis, fluvys, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, nec non molendinis et locis molendinorum, ac generaliter quarumlibet utilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus quovis nomine vocitatis sub suis veris metis et antiquis, memorato Symoni et per eum Iohanni carnali ac Georgio Marus³⁾ avunculo fratribus suis, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis, omni eo Iure, quo idem nostre incumbit collationi dedimus, donavimus et contulimus, ymo damus donamusque et conferimus Iure perpetuo et irrevocabiliter tenendum, possidendum pariter et habendum. Salvo Iure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas in formam nostri privilegy redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Bude feria secunda proxima post dominicam Reminiscere. Anno domini millesimo quadringentesimo quadragésimo quarto.

¹⁾ Kis-Bocsko az 1365. évi 28. sz. a adománylevélben mint falu említettik,

²⁾ Hunyadi János számos hadjáratai közt ebben aratta legfényesebb győzedelmét. Bevette többek közt Nissa és Sofia városokat, s a török hadakat négy ütközetben megverte. Jalovacz mezején egyesült a magyar sereg a német, cseh, román és szerb hadakkal, s Ulászló király vezérlete alatt, Julian bibornak jelenlétében a törökök felett ötöd ízben, és ezuttal teljes diadalt aratott. (Bonfinii Decades III. Lib. 5. 6.)

³⁾ Marus=Mares=Máris=Maros. Szt.-Magnus (28. apríl) neve után képződött oly módon miként: Verdes, Gerhes, Opris, Dragus etc.

⁴⁾ Pergamenre írt, pecséttel ellátott eredetiből dr. Máris Illés ügyvédnél. A pecsét alatt olvasható: „Commissio propria Domini Regis“.

190.

1444. Márczius 30. Buda. I. Ulászló király iktatási parancsa Kis-bocskói Simon, ennek testvére János és nagybátyjuk Marus György részére a konyhai kerületben lévő Kis-Bocskó elhagyott praediumot illetőleg. A beiktatás a nagyváradi káptalan kiküldöttje jelenlétében ellenmondás nélkül történik.

Capitulum ecclesie Waradiensis omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris salutem in omnium Salvatore, ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas serenissimi principis et domini domini Wladislai Dei gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie, Croacie, etc. etc. regis Lithwanieque principis supremi et heredis Russie domini nostri metuendi introductorias pariter et statutorias nobis preceptorie directas, reverencia qua decuit recepimus in hec verba: Wladislaus Dei gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie, Croacie etc. rex Lithwanieque princeps supremus et heres Russie, fidelibus nostris capitulo ecclesie Waradiensis salutem et gratiam. Cum nos pro fidelitatibus et fidelium servitiorum meritis, fidelis nostri Symonis de Kisbachko, per ipsum maestati nostre exhibitis et impensis quoddam predium nostrum desertum Kisbachko vocatum, in comitatu Maramorostensi in districtu Kohnya existens habitum, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinencys quibuslibet, vigore aliarum literarum nostrarum donacionalium exinde confectarum, prefato Symoni et per eum Iohanni carnali et Georgio Marus avunculo, fratribus suis, ipsorumque heredibus et poste-

ritatibus universis duximus conferendum, volumusque eosdem in dominium eiusdem per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci, igitur fidelitati vestre firmiter percipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo presente Georgius Petherman de Sayo, vel Sandor filius Bala de Yod, aut Sandor de Zarwazo, sive Nicolaus de Bedi, sin Iohannes de Ilhocz, alys absentibus homo noster ad facies pretacti predii, vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatos Symonem, Iohannem et Georgium in dominium eiusdem, statuaturque idem eisdem premisse nostre donationis titulo perpetuo possidendum, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatos Symonem, Iohannem et Georgium nostram personalem in presenciam, ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros, et post hec huiusmodi introductionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statucioni intererunt nominibus et termino assignato, eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude feria secunda proxima post dominicam Iudica. Anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto. Nos igitur mandatis sue serenitatis in omnibus obedire cupientes, ut tenemur, una cum prefato Georgio Peterman de Sayo homine suo regio nostrum hominem videlicet Emericum presbiterum rectorem altaris sancti Bartholomei apostoli in dicta ecclesia nostra fundati, ad premissa fideliter peragenda, nostro pro testimonio transmisimus fidedignum, qui tandem exinde ad nos reversi, nobis concorditer retulerunt, quomodo ipsi die dominico proximo ante festum beate Marie Magdalene proxime preteritum, ad faciem dicti predy Kisbachko, vicinis et commetaneis eiusdem universis et presertim Michaele de Dolha, Sandrino de Yodi et Stephano Penk de Thywadar, commetaneis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introduxissent prefatos Symonem, Iohannem et Georgium in dominium eiusdem, statuissentque idem eisdem, premisse donationis titulo, perpetuo possidendum, nullo penitus contradictore apparente, legitimis et sufficientibus diebus in facie ejusdem permanendo. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales pendentis sigilli nostri autentici munimine roboratas duximus concedendas. Datum quinto decimo die diei introductionis et statucionis prenotatarum. Anno domini supradicto. Honorabilibus viris dominis Iohanne de Zredna preposito, Petro de Wep lectore, Nicolao

de Gywla cantore, Iohanne de Thapolcza custode decretorum doctore, ceterisque canonicis ecclesie nostre salubriter existentibus et devote.

Penk=Pank=Pantheleimon. Pergamenre irt és függő pecséttel ellátott eredetiből dr. Máris Illés ügyvédnél.

191.

1444. Május 26. Sziget. A vármegye tisztikara igazolja, hogy ámbár Hothpataka a királyi Curia által Szarvasszói Gerhes Péter részére lett megítélve, s ez abba úgy a leleszi és váradi conventek mint a király emberei által beiktattatott, minduzáltal Pop Nán és Karácsonfalvi Pánk István nemesek fegyveres embereikkel azon birtokra törvén, azt valamint Gerhes Péter kenézének minden javait elpusztították, magát Gerhes Pétert a birtokból elmozdították, s midőn e miatt a törvényszék elé idéztettek paizszsal, karddal, lándzsával és más módon felfegyverzett nagy kísérettel jelentek meg, szitkozódva, fenyegetve s e miatt a törvényszék megtartható sem volt.

Nos Andreas de Thoos ac Petrus de Bellyen comites terre Maramorosiensis, nec non Petrus de Sapontza, alter Petrus Gherhes de Zarwazo, Ywan Banck de eadem et Michael Kwstula iudices nobilium predicti comitatus memorie comendamus tenore presencium, quibus universis et singulis expedit, quod nobilis vir Petrus Gherhes de Zarwazo, iudex nobilium eiusdem Comitatus nostram veniens in presenciam nobis significare curavit, quomodo nobiles viri Pop Nan et Stephanus Pank de Karatzonfalwa dicti nonnullorum latronculis se ipsis adiunctis quasdam possessiones suas videlicet Hothpatak vocitatas, quas possessiones ipse prefatus Petrus Gherhes, virorum iuratorum predicti Comitatus in Curia regia juridice adjudicatas, sibimet adinvenisset et hucusque optinuisset, nec non a regio nostro testimonio et homine Conventi (sic) de Lelez ac Conventi Waradiensis sepius stauisset, ipsi nobiles Pop Nan et Stephanus Pank cum latronculis ipsorum agregatis, ad in superficiem preattacte possessionis manibus armatis et armorum generibus pergissent, ibique Keneziem (sic) ipsius Petri Petri(bis) Gherhes, quem ipse in predictam possessionem stauisset, omnia

bona ipsius Keneziey videlicet porcos, pecora, equos et alia animalia latrocinaliter depredarunt, et ipsum fugatum omiserunt, et sepe fatum Petrum die Sabbato post festum beati Georgii preteritum de dominio predictae possessionis expullissent (sic) et omnem utilitatem eiusdem possessionis depredavit, et depredare latrocinaliter incuravit et permisit, potencia ipsorum mediante. Nos igitur audientes tale nephas in medio nostri factum et transactum ipsos sepe fatos nobiles Pop Nan et Stephanum Pank, ad sedem convocare fecimus, et permisimus, et ipsi ad terminum convocacionis manibus armatis, videlicet clipeys, gladys, lanceys et armorum generibus, verum eciam latronibus copiosis inobedientes venerunt, et coram nobis nulla mera iusticia requirentes, nec astare voluerunt, sed in sede nostra Iudiciaria, nos verbis illicitis verberaverunt, et nulla mera iusticia in predicta sede Iudiciaria per minas ipsorum prefatorum nobilium et ipsorum latruncolorum administrare potuimus et nec volumus, hec predicta fide nostra mediante certificamus, et fatemur, harum nostrarum literarum vigore et testimonio mediante. Datum in Zygeth in loco sedis nostre Iudiciariae (sic) feria tertia ante festum Penthecosten. Anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto.

Papirra irt és öt pecséttel ellátott eredetiből; a pecsétek közül három ép.

192.

1445. Szeptember 21. Zovay Péter máramarosi főispán igazolja, hogy miután Gyulafalvi Pap Nán a Szarvasszói Gerhes Péter ellen viselt pereiben terhére kirótt bírság pénzeket felhívás daczára sem fizette ki, ennél fogva Pap Nánt mint engedetlen személyében letartóztatta.

Nos Petrus Zoway Comes Maramorosiensis et castellanus castris Hwsth damus pro memoria, quod Pap Nan de Gyulafalwa nobis ac presentibus (?) Comitibus in birsagys et judicialibus multis ac eciam in sentencijs contra Petrum Gerhes vocatum de Zarwazo fe convinctus extitit, qui Pap Nan rebellione ac contumacia ductus, nobis ad plurimas nostras amoniciones per iudices nobilium factas ac repetitiones multas, dicta birsagia nostra reddere et persolvere voluit (sic)

non curabat in nostrum preiudicium valde magnum, nos itaque eundem propter non solutionem birsagorum nostrorum in sua propria persona detinuimus et captivamus tamquam sentenciatum et contumacem ac comiti suo non obedientem, ac juri et justicie non comparentem (?) In cuius rei evidenciam eidem Petro Gerhes literas nostras dedimus ad cautelam. Datum in Castro Hwsth in festo beati Mathey Ewangeliste. Anno Domini M^{mo} CCCC^{mo} XLV.

Papirra lrt, pecséttel eliatott eredetiből.

193.

1446. Május 27. Buda. Pálóczi László ország bírójának igazoló levele arról, hogy Sugatagi Mykle fia Gyula és testvére János egy részről, más részről Szarvasszói Gerhes Péter és fiai György, Simon és Tivadar akként egyeztek, hogy a mely rész örökös nélkül hunyna el, annak vagyónában a másik rész örököljön, miként ez szülőik és nagyszülőik közt is megállapítva volt.

Nos Comes Ladislaus de Palocz Iudex Curie regie memorie commendantes tenore presencium significamus quibus expedit universis, quod Gywla filius Mykle de Sugatagh personaliter onus et gravamen Iohannis fratris sui carnalis in infrascriptis super se assumptens ab una, parte vero ab altera Petrus Gerhes de Zarwazo modo simili personaliter onera consimiliter Georgy, Simonis et Thywodari filiorum suorum modo simili in subnotandis, super se assumptens coram nobis constituti, sunt confessi eo modo, quod sicuti predecessores ipsorum avi scilicet et patres eorum inter se mutua caritate sibi invicem fraternalem adunacionem fecissent, et inter se inivissent, sic et ipsi volentes dictorum patrum predecessorum et avorum ipsorum consuetudines et caritates mutuas indissolubiliter sequi et amplecti, inter se ipsos ac predictos fratrem et filium, ac successores eorumdem talem (sic) fecissent et inivissent fraternales compositiones, ut si nutu divino, cui humana fragilitas resistere non potest, aliquem vel aliquos eorum aut successorum ipsorum ab hoc seculo sine heredibus decedere contingeret, extunc universa lura possessionaria talis partis decedentis, et

signanter in possessionibus Zlathina, Hathpataka, Kopachfalwa, Dezelfalwa, Hernyechfalwa et Sugatagh vocatis in Comitatu Maramarosiensi existentibus habita et existentia, in partem remanentem et superviventem condescendi et derivari deberent eo facto, ad que premissa eedem partes se sponte obligarunt coram nobis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas eisdem partibus duximus concedendas. Datum Bude feria sexta proxima post festum beati Urbani pape. Anno Domini millesimo quadringentesimo quadragésimo sexto(?)

Pergaménre írt, függő pecséttel ellátott eredetiből.

194.

1447. Január 20. Tolnavár. Hunyadi János ország kormányzója Konyhai Simonnak, testvérének Jánosnak és unokatestvérének Jánosnak az Ivanka fiának adományozza Konyha keneziatusát melyet az előtt Máris György birt, azon jogokkal és jövedelmekkel melyekkel más kenézségeket tartanak. Az adományozás Simonnak hadi érdemei és testvérének Máris Györgynek a törökökkel való ütközetben bekövetkezett eleste jutalmazásául történik.

Nos Iohannes de Hwnyad regni Hungarie gubernator etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod nos consideratis fidelitatibus et fidelium servitorum meritis Symonis de Kohnya, per eum sacre regni Hungarie corone, et ex post nobis in pluribus nostris exercitibus expeditionibus cum sui sanguinis effusione exhibitis, et presertim ob interempcionem condam Georgii Maris fratris eiusdem Symonis, alias in conflictu cum sevissimis Turcis habito, Kenesiatum de Konyha predicta in Comitatu Maramarosiensi habitum, quod prefati condam Georgy Maris prefuisset, simul cum omnibus luribus et proventibus, quibus aly Kenezy Kenesiatum de Iure tenere consveverunt, eodem Symoni et per eum Iohanni carnali, ac alteri Iohanni filio Iwanka patruelis fratribus suis ipsorumque heredibus universis Iure perpetuo et irrevocabiliter possidendum, tenendum pariter et habendum, dedimus, donavimus et contulimus,

ymmo damus, donamus et conferimus salvo lure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum in Tholnawar²⁾ in festo beatorum Fabiani et Sebastiani martirum. Anno domini millesimo quadringentesimo quadragésimo septimo.³⁾⁴⁾

1) Az 1444. évi oklevél szerint Maris György nagybátyja volt Simonnak.

2) Az oklevél kelte azon hadjárat befejezte idejére esik, melyet Hunyadi János Austriában és Stiriában Frédric császár ellen vezetett.

3) V. László királynak 1453. évi átiratából.

4) Konyháról nemességet igazoltak 1752-ben a Maros (1444.) Sztánka (1609.) Simon (1745.) családok, és 1763—1768. években a Buffte (1471.) és Bizó (1456.) családok.

195.

1448. Május 31. Buda. Országbirói rendelet folytán Szarvasszói Mihály leánya Anna beiktattatik ellenmondás nélkül atyjának szarvasszói rész birtokába.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentium noticiam habituris Stanislaus prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez Salutem In omnium Salvatore, ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos litteras magnifici comitis Ladislai de Palocz iudicis curie regie statutorias nobis directas reverenter recepimus in hec verba: Amicis suis reverendis conventui ecclesie de Lelez, comes Ladislaus de Palocz iudex curie regie amicitiam paratam cum honore, dicitur nobis in persona nobilis puelle Anna vocate, filie Michaelis de Zarwazo, quomodo ipsa in dominium totalis porcionis possessionarie prefati Michaelis patris sui in eadem possessione Zarwazo in comitatu Maramorosiensis existentis habite, ipsam omnis juris titulo concernentis legitime vellet introire. Super quo vestram amicitiam presentibus petimus diligenter quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Laczk de Krychfalwa, aut Sandor de Zarwazo predicta, vel Gywla de Swgatagh, sin Olaz de Wglya aut Thomas de Apsa, alys absentibus homo regius ad faciem dicte possessionis Zarwazo et signanter porcionis prefati Michaelis in eadem habite vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat annotatam puellam Annam in dominium dicte porcionis possessionarie,

statuatque eandem eidem premissis jure sibi incumbenti perpetuo possidendam si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatam puellam Annam regiam in presentiam ad terminum competentem rationem contradiccionis eorum reddituros, et post hec huiusmodi possessionarie introductionis et statucionis seriem ut fuerit expediens, cum contradictorum et ewocatorum vicinorumque et commetaneorum, qui premissis statucioni intererunt nominibus terminoque assignato domino regi fideliter rescribatis. Datum Bude feria sexta proxima post festum beati Urbani Pape. Anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo. Nos igitur petitioni dicti comitis Ladislai de Palocz annuentes ut tenemur, una cum prefato Laczk de Krychfalwa, homine regio unum ex nobis, videlicet fratrem Michaellem presbiterum ad premissa peragenda nostro pro testimonio transmisimus fidedignum, qui tandem exinde ad nos reversi, nobis voce consona retulerunt, quod ipsi feria quinta proxima post festum divisionis apostolorum proxime preteritum ad facies dicte possessionis Zarwazo, consequenterque dicte porcionis possessionarie, annotati Michaelis de eadem Zarwazo in eadem habite, vicinis et commetaneis eiusdem universis, videlicet Petro Gerhes de eadem Zarwazo, ac Georgio filio eiusdem, et Thywadar filio Petri de Zaponcza inibi legitime convocatis et presentibus accessissent, in cuius facie legitimis et consuetis diebus permanendo, prefatamque nobilem puellam Annam filiam Michaelis de Zarwazo in dominium premissis totalis porcionis possessionarie dicti Michaelis introducendo, eandemque eidem, cum cunctis suis utilitatibus et pertinencys quibuscunque statuissent, perpetuo possidendam, nullo penitus contradictore inibi apparente. Tempore vero huiusmodi fassionis dictorum regy et nostri hominis in facto Statucionis premissorum, Lucas filius Iwan et Iohannes filius Andree de dicta Zarwazo coram nobis astantibus, premissis introductioni et statucioni pretacte porcionis possessionarie dicte puelle Anne fiende plenum consensum prebuerunt pariter et assensum. In cuius rei memoriam stabilitatemque perhempnalem presentes litteras nostras privilegiales pendentis sigilli munimine roboratas duximus concedendas. Datum quinto decimo die diei introductionis et statucionis prenotatarum. Anno domini supradicto.

Pergamenre irt és függő pecséttel ellátott eredetiből. A pecsét gyapju zsinórra van erősítve, eltérőleg más oklevelektől, melyek különböző színű selyem zsinórral vannak ellátva.

196.

1448. Junius 3. Buda. Hunyadi János ország kormányzója a Karácsonfalvi Pank István magtalan elhalálózása folytán a szt.-koronára szállt Karácsonfalva, Bocskó és Lonka birtokokat a több táborozásban, valamint a törökök elleni harczokban kitüntetett hűségök és vitézségökért Irholczi Mihálynak a Tatul fiának és Bogdánnak adományozza.

Nos Iohannes de Hunijad, regni Hungarie gubernator memorie commendamus tenore presentium significantes quibus incumbit universis quod nos consideratis et in memoriam nostri revocatis multimodis fidelitatibus et fidelium servitiorum gratuitis meritis atque sinceris complacentiis Egregii Michaelis filii condam Thathwl de Ilholtz et Bogdan de eadem, quibus ipsi sacre regni Hungarie Corone, et exposit nobis in plerisque locis, et temporibus opportunis Signanter vero diversorum exercituum, tam regalium quam nostrorum sicuti contra seuos Turcos nominis huius regni Hungarie emulos motorum expeditionibus suprema cum fidelitate, non sine sui sanguinis effusione ac rerum familiarium suorum amissione studuerunt complacere, intuitu quorum volentes ipsis nostram exhibere benevolentiam favorosam, quasdam possessiones Karachonfalwa, Bothko et Lompka vocatas in Comitatu Maromorosiensis habitas, que condam Stephani Pank dicti de eadem Karachonfalwa prefuissent, sed per defectum seminis eiusdem ad sacram coronam deuolute fore perhibentur, item totum et omne lus Regium si quod in eisdem Regia haberet serenitas aut ipsius quibuscunque modis et rationibus concerneret maiestatem simul cum cunctis earundem et ipsius utilitatibus et pertinentiis terris scilicet arabilibus cultis et incultis, pratis siluis et signanter silua Fekethewerdew vocata Item alpibus, nemoribus, montibus, vallibus, vineis, vinearumque promontoriis, aquis fluvii Molendinis, atque molendinorum locis, generaliterque quarumlibet utilitatum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis, ad easdem de jure spectantibus et pertinere debentibus sub ipsarum et eiusdem veris metis et antiquis, sub quibus hactenus tente sunt et possesse auctoritate nostre gubernationis nec non consensu et voluntate universorum ut preferatur stantibus et se habentibus dedimus, donauimus et contulimus ymo damus, donamus et conferimus lure perpetuo et irrevocabiliter possidendum tenendum pariter

et habendum Saluo lure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum Bude feria secunda proxima post festum beate Petronelle virginis, et martiris. Anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo octavo.

Közölte gr. Teleky József: (Hunyadiak kora. X. k. 229. l.) Karacsonfalvi Pank István életben volt még 1450. évben is, miként ezt az ezen évből származó alábbi oklevél igazolja.

197.

1449. Buda. Az ország főrendei és nemesei igazolják, hogy Urmezei Péter fia János és Mik fia János kiegyeztek Bilkei Sándrin fia Istvánnal és más Istvánnal a Bolondnak nevezett Péter fiával Herinese birtokra valamint a lipcsei részbirtokra nézve, melyeket egymás közt két egyenlő részre osztottak.

Nos prelati, barones, nobiles et proceres regni Hungarie universi memorie commendamus, quod Iohannes filius Petri de Wrmezeu onera et gravamina alterius Iohannis filij Myk de eadem Wrmezeu in se assumendo ab una, parte vero ab altera Stephanus filius Sandrini et alter Stephanus filius Petri dicti Bolond de Bylke in oneribus et quibus libet gravaminibus eiusdem Petri Bolond necnon Sandrini, Stephani et Iohannis filiorum Elie, item alterius Iohannis filij Petri ac Gorzo filij Dragus et Iwan filij eiusdem Gorzo de prefato Bylke in se assumptis coram nobis personaliter constituti, per eundem Iohannem filium Petri sponte confessum extitit et relatam in hunc modum, quod ipse ac dictus alter Iohannes filius Myk una cum prefatis utroque Stephano ac Petro Bolond preactis nobilibus de prefato Bylke racione et pretextu cuiusdam possessionis Haryncha et porcionis possessionarie in possessione Lypche vocata in Comitatu Maramarosiensi existentis et habite in presentibus octavis festi epiphaniarum Domini coram nobis in lite extitissent, tamen ordinativa compositione plurimorum proborum et nobilium virorum pacem parcium zelancium interveniente, ad talem devenissent concordie unionem, ut ipse Iohannes filius Petri suo et pretitulati alterius

Iohannis filij Myk, cuius onus ut premissum est, in se assumpsisset, nominibus premissam causam omnino primitus condescendi faciendo, directam et equalem medietatem tam prescripte possessionis Herenche, quam etiam porcionis possessionarie in antefata possessione Lypche existentis simul cum terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, rubetis, montibus, vallibus, aquis, molendinis, fluvys, piscinis, piscaturis aquarumque decursibus et generaliter quarumlibet utilitatum ipsarum integritatibus ad easdem ab antiquo de Iure pertinentibus, memoratis utriusque Stephano, Petro Bolond, Sandrino, altero Stephano ac Iohanni, necnon altero Iohanni ac Gorzo et Iwan de predicta Bylke ipsorumque heredibus et posteritatibus universis perpetuo et irrevocabiliter per eosdem possidendas, tenendas pariter et habendas dedisset, donasset et contulisset, ymo dedit, donavit et contulit coram nobis talimodo, quod si temporis in eventu divino Iudicio permittente aliquam prescriptarum parcium absque heredum solacio ab hoc seculo migrare contigerit, extunc huius modi medietas dicte possessionis Herenche et altera medietas porcionis possessionarie in ante fata possessione Lypche existente habite in partem super viventem et eius heredes conde ad omni prescripti Ioannes filius Petri ac utriusque Stephanus de Bylke, ut premittitur, in nostri presencia personaliter astantes oneribus et gravaminibus quorum supra in se assumptis se spontanea obligarunt harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum Bude octuagesimo septimo die octavarum festi Epiphaniarum domini predictarum. Anno eiusdem M^o CCCC^o XXXX^o nono.

Papíra irt és pecséttel ellátott eredetiből Gorzó Bálintnál Komlóson, másolta Petrovay György.

1449. Sziget. A vármegye négy szolgabírája igazolja, hogy miután Szarvasszói Gerhes Péter fia hatalmaskodási tényéért Kenderes főispán és Pap Nán részére ötven budai márka fizetésében elmarasztaltott, de utóbbit kielégíteni képes nem volt, ennek Bréb birtok egyharmad része zálogkép átadatott oly feltétellel, hogy ha a huszonöt márkát Gerhes Péter vagy utódjai bármikor megtérítnék, Pap Nán köteles legyen a jelzett egyharmad részt azonnal visszabocsátni.

Nos Blasius de Barzanfalwa, Michael Nan dictus Szlatinay, Stephanus Gerhes de Zarwazo et Erdew de Vgla, quatuor Iudices nobilium Comitatus Maramorosiensis, Memorie commendamus quibus expedit, quod cum ab incarnatione domini Iohannes de Hwnyad, egregium virum Kenderes nostrum Comitem sua in persona simul cum nobili Briccio de Pozon in hac provincia eosdem Iudicare dimiserat, tunc venientes ad sedem Judiciariam in Zygeth nobiles viry Petrus Gerhes de Zarwazo ab una, parte vero ex altera Nan Pop dictus, nobis ipsi quoque comiti nostro taliter dixerunt, quod inter ipsos a multis temporibus contencio, discordia atque litis materia ventilata fuisset, in facto quarumdam possessionum. Nos quidem auditis parciū propositionibus una cum comite nostro revidentes et percipientes omnem iusticiam dicti Petri Gerhes, pro ut eciam in Iudicio sedis Budensis, super memoratum Nan Pop iam fatas duas possessiones Hodpataka et Kopachfalwa Iudicio eluctasse, misit idem noster comes quatuor Iudices Nobilium, suosque familiares ad deducendum et restatuendum ipsum sepe fatum Petrum ad prescriptas possessiones simul universos proventus dictarum possessionum que filius dicti Petri, in quodam facto potencialiter egerat, super quinquaginta marcas Budenses convincatus fuerat contra annotatum Nan Pop, comiti nostro de viginti quinque marcis penitus satis faciens, ipsique Nan Pap dicto non habebat Idem Petrus unde satis faceret, Comesque noster pro ipsis viginti quinque marcis terciam partem dicte possessionis Hodpathaka ipsi prefato Nan Pop dedit more pignoris, hunc modum, quod dum et quando Idem Petrus XX. tiquinque marcas eidem Nan Pop persolverit, tunc Idem Nan Pop omni difficultate procul posita, confestim

dicte possessionis terciam partem remittere teneatur et debeat in quo ambe partes contenti coram comite et nobis Anno eiusdem domini ab incarnatione millesimo CCCXLVIII. In presenti anno Idem Nan Pop veniens in presenciam nostri comitis, dicens prouti dispositionem minime iustificaret et non contentaret, Iudicio nostro, quia non rectam terciam partem dicte possessionis Hodpathaka Ipsi dedissent, et iuxta iudicium comitis et nostri, ipsumque in possessione non servarent, ipseque noster comes de novo et ex novo altera vice, transmisit Iudices nobilium Stephanum de Zarwazo, Blasium de Barsanfalwa aliosque Nobiles viros Iohannem Veresmarthy et Michaelem de Barthfalwa, ipsum iam fatum Nan Pop ad restatuendam et deducendam rectam terciam partem dicte possessionis Hodpathaka, quiquidem Petrus et Nan Pop utraque partes presente Comite et nobis contenti facti extiterunt, tamen hoc non pretermittentes, quod dum et quando Idem Petrus Gerhes vel sui proles aut generaciones quicunque prescriptas XX. tiquinque marcas eodem Nan Pop vel suis filijs vel generacionibus persolveret, vel persolverent, rursum occasione et crastinatione idem Nan Pop aut sui iam dictam terciam partem possessionis Hodpathaka, ipsi Petro Gerhes aut suis debeat remittere et resignare, quibus contenti extiterunt utraque partes coram nostro comite et nobis. In cuius rei memoriam literas nostras superinde duximus concedendas. Sub nostris sigillis emanatas. Scriptum in Zygeth anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo nono.

Papirra irt, négy pecséttel ellátott eredetiből.

199.

1450. (?). *A vármegye tisztikara igazolja, hogy több nemes közbenjárása folytán Gyulafalvi Ivanka aként egyezett meg Sugatagi Miklével, hogy utóbbinak átadta Hernécsfalva birtokát egészben, Mikle pedig lemondott Ivanka javára egész Kopácsfalváról, Doroszlófalva feléről és Gyulafalva egynegyedéről.*

Nos Nicolaus de Zeredahely vicecomes Maramorosiensis, et quatuor Iudices nobilium de eodem puta Iuan Bank de Zarwazow, Danch de Vanchikfalwa, Iuan Goztolya de Feyrfalwa, Ivasko de Bedeu ac

universi nobiles de eodem, memori(e) commendamus quibus expedit universis tenore presentium significantes, quod Iuanka de Gulafalva Miclem de Sugatag coram nobis in sedem iudiciariam adtraxit propter quendam possessionem Hernechfalva vocatam, inter quos viri nobiles consurgendo videlicet Vanch Gherges, Danch de Vanchikfalva, Vana Niger, Iuan Goztolya, Stephanus Bud ambarum partium pacem ordi-nantes, puta Iuancam de Gulafalva et Miclem de Sugatag concordare procuraverunt dispositione tali, quod predictus Micle dicto Iuanche propter Hernechfalva concessit mediam partem possessionis Dorozlo-falva vocate, et Kopachfalva¹⁾ possessionem totam autem integraliter, In-super quartam partem Gulafalva vocate, cum earum terris arabilibus, pratis et aquis, montibus et vallibus fructibus, concessit in filios filiorum perpetue possidendas, Iuanka vero prephatus resignavit eidem Micle de Sugatag possessionem Hernechfalva integraliter cum suis terris arabilibus, pratis, silvis, aquis et montibus, imo concessit deditque cum omnibus utilitatibus et fructibus in filios filiorum perpetue et irrevocabiliter possidendas constitutione tali cum interserta et vinculo, ut si aliqua pars in processu temporum dictam causam renovaret seu refringeret, tunc talis renovans contra partem non renovantem in quinquaginta marcas Budalenses convincatur In cuius rey memoriam concessimus nostras literas eidem 2)³⁾

1) Dorozlo=Dobroslav-falva és Kopácsfalva mai nap nem létező, vagy leg-alább is meg nem határozható helységek.

2) Az év hiányzik ezen oklevélből, de az abban említett Szarvasszói Bank János és Váncsfalvi Dancs szolgabírák voltak 1437-ben. (Venzel kritikai fejtegetések 40 l.)

3) Őt pecséttel ellátott eredetiből másolta és velem közölte Szilágyi István igazgató. Megközelítőleg ő határozta meg az okirat keltének évét is.

200.

1450. Vánicsfalvi János fia Lukács Diák és testvérei, más Lukács és Maxim megegyeznek Karácsonfalvi Gergely fiával Sándorral és Karácsonfalvi György fiával Panky Istvánval az iránt, hogy jogszerű birtokaik Karácsonfalva, Bocskó és Lonka elfoglalója Thathol Mihály ellen támasztott perök költségeit együttesen viselendik.

. . . . Quod Lucas Diak filius lohannis de Vanchokfalva pro se personaliter, ac pro altero Luca et Makzem de dicta Vanchokfalva fratribus suis uterinis, quorum onera et gravamina ad subscripta observanda super se recipiendo ab una, parte autem ab altera Sandor filius Gregory de Karachonfalva similiter personaliter pro se et pro Stephano Panky filio Georgii de eadem Karachonfalva fratre suo patrueli, cuius onus in subnominandis observandis, conformiter super se levans, coram nobis constituti, per eosdem Lucam et Sandor confesum extitit pariter et relatum. Quod ipsi matura inter se deliberatione prehabita, ex quo possessiones eorum Karachonfalva predicta, Bachko et Luc vocate in Comitatu Maramarosiensi existentes et habite, ipsos omnis juris titulo concernentes, apud manus Michaelis Thatho occupative haberentur, ratione cuius ipsi una cum Michaeli Thatho in lite et causa procederent, ideo ipsi sibi Ipsi hoc assumpsissent, ut ipsi unanimiter ad prosecutionem dictarum causarum usque ad decisionem ejusdem communes expensas facere, et exponere tenerentur.

Ezen töredék másolata a vánicsfalvi nemes Godzsa család productionalis perében (a vármejsye levéltárában III. 1784/50.) eredetie a leleszi Conventnél (Elenchus A. 1433—1499 f. 11. fasc. 23.) látható.

201.

1450. Több barczánfalvi nemes tiltakozó levelének töredéke, Dolhai Mihály és Ambrusnak Barczánfalva birtokába titkon történt beiktatása ellen.

. de Barczánfalwa nostram personaliter veniens in presenciam in sua ac cuiusdam Dragomer sy de eadem divisionalis fratris suorum personis dixit protestando: quomodo prout Michael et Ambrosius filij Stanislai de Dolha cum de eadem predictae Barczánfalwa vocate in Comitatu Maramorosensi existen habite ipsos tulo concernen clam et occulte introduci eandemque ipsis statui facere pro ipsorum grande juris preiudicium ac periclitacionem atque dampnum valde magnum facta prefatos utrosque Michaellem et Ambrosium de Dolha ab huiusmodi fraudulenta machinacione, statucione et introductione predictae possessionis Barczánfalwa occupacioneque, detencione, utensione et utilitatum eiusdem quaruncumque ipsis percepcione, statui faccione etc. in dominium premissae possessionis Barczánfalwa in octava sui in parte introductione factis vel fiendis

Leleszi Convent (Actorum No. 44. Anni 1450.) Másolat Petrovay Györgytől.

202.

1450. Márczius 9. Buda. Hunyadi János ország kormányzója meghagyja nemes Gyulafalvi György és Ivánkának, hogy szünjenek meg fenyegetéseikkel, melyekkel Szarvaszói Gerhes Pétert illették, ki Pap Nán vagy „Czigán“ Nán ellen jogerős ítéletet eszközölt ki, ellenesetben utnsítva lett Odwardus máramarosi főispán, hogy Gerhes Pétert maga jogai-ban minden háborítók ellen megoltalmazza.

Johannes de Hwnyad Regni Hungarie Gubernator, Nobilibus viris Georgio Iwanka et alteri Georgio de Gywlafalwa salutem, reffert nobis nobilis Petrus Gerhez de Zarwazzo, quomodo vos eidem, ex eo quia ipse contra Pop Nan de dicta Gywlafalwa sentenciam pro quibusdam factis extraxisset deffinitivam, diversas minas mortis et maleficiorum genera imponeretis, qua propter harum serie vobis et vestrum cuilibet presentes visuris firmiter committimus et mandamus, quod agnitis presentibus eundem Petrum ratione propria impedire aut perturbare quoquomodo non debeatis, si vero quid contra eundem Petrum annotatum haberetis, id coram nobis luridice prosequamini, alioquin commisimus et per presentes committimus egregio Odwardo Comiti nostro Maramorosiensis ut eundem Petrum contra quoslibet Impetitores et signanter adversus vos et Chygan Nan tueatur et protegat. Si vero idem Odwardus super premissis ex auditorum per eundem Petrum testium productorum verissime sciscitari poterit, ex tunc ipse eclam per . . . rationes et alia remedia opportuna vos et vestrum quemlibet, qui huiusmodi maleficiorum genera inferre volueritis, compescat et retrahat. Iusticia mediante. Aliud igitur non facturi. Presentibus perlectis exhibenti restituetis. Datum Bude feria secunda proxima ante festum Beati Gregorii pape. Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo.

*Commissio propria dni Gubernatoris.
Chigan Nan est interpositum per me
Petrum de Sary.*

Fapirra irt pecséttel ellátott eredetiből.

203.

1450. Márczius 30. Temesvár. Hunyadi János ország kormányzójának rendelete az iránt, hogy Simon huszti plébános és a lelkiekben Máramarosnak püspöki helyettese, valamint testvérei Keselymezei Pál és János Keselymező egész, továbbá Lipcsei és Herincsei rész-hirtokukba beiktattassanak. A beiktatás ellenmondás nélkül történik.

Joannes de Hunyad regni Hungariae gubernator etc. Honorabili conventui ecclesiae sanctae Crucis de Lelesz salutem cum honore. Dicit nobis honorabilis Simon plebanus de Huzth vicariusque terrae Maramorosiensis in spiritalibus generalis, in sua ac nobilium Pauli et Ioannis de Keselumezew fratrum suorum personis, quomodo ipsi in dominium totalis possessionis Keselymezew praedictae ipsos exponentes jure haereditario, et portionum possessionariarum in possessionibus Lipche et Herynche vocatis omnino in Comitatu Maramarosiensi existentium ipsos titulo emtionis concernencium legitime vellent introire. Super quo vestram honorabilitatem requirimus vobisque auctoritate nostra firmiter committimus et mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo praesente Ioannes vel Ianko de Urmezew, aut Benche sin Ladislaus sive Michael de . . . falva, aliis absentibus homo noster ad facies praescriptarum possessionis Keselewmezew et portionum possessionariarum . . . possessionibus Lipche et Herinche habitaram vicinis et commetaneis earumdem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat praefatos honorabilem dominum Simonem vicarium ac Paulum et Ioannem de sepe dicta Keselwmezew fratres ejusdem Simonis in dominium earumdem, statuaturque easdem eidem jure ipsi incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum. Contradictores vero si qui fuerint evocet ipsos contra memoratos Simonem, Paulum et Ioannem in praesentiam competentem rationem contradictionis eorumdem reddituros. Et post haec hujusmodi introductionis et stationis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint vicinorumque et commetaneorum qui praemissae stationi intererunt nominibus terminoque assignato eidem domino Iudici Curiae Regiae suo modo rescribatis. Datum in Themesvar feria secunda proxima

post dominicam Ramis Palmarum. Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo.

Mandati ipsius executionis brevissima relatio habetur dorso ejusdem adnotata tali sub tenore: Ladislaus de Krichfalua noster frater Stephanus feria secunda post Pentecostes accessissent et statuissent, nullo contradicente, praesentibus vicinis Ladislao et Petro castellanis Castri de Huzth, ac providis Georgio iudice oppidi Huszth ac Ladislao de Lipche.

Leleszi Convent (Statutoriarum H. 108.) Daczára annak, hogy az egri püspöki székhely felette távol esett, püspöki vicariusokról Máramarosban ritkán tétetik említés.

204.

1450. Junius 16. Pest. Az ország bírója rendelete folytán Dolhai István vajda fia Mihály, más Mihály a Bogdán fia, Ambrus a Szaniszló fia, János a Porkoláb György fia, Orda Mihály és Péter Mán György ellenmondás nélkül beiktattatnak Mojszin hirtökába.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentium noticiam habituris Stanislaus prepositus et conuentus ecclesie sancte Crucis de Lelez salutem in omnium Salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas magnifici comitis Ladislai de Palowcz Iudicis curie regie statutorias nobis directas reverenter recepimus in hec verba. Amicis suis reverendis Conventui ecclesie de Lelez. Comes Ladislaus de Palowcz Iudex curie regie amiciciam paratam cum honore. Dicitur nobis in persona Michaelis filii Stephani Wayvoda de Dolha, ac alterius Michaelis filii Bogdan, Ambrosij filii Stanislai, Ioannis filii Georgii Porkolab et Michaelis Orda, nec non Georgii Peterman. Quomodo ipsi in dominium totalis possessionis Mayze vocate in comitatu Maramarosiensi existentis habite, Ipsos omni Iuris titulo concernentis legitime vellent introire. Super quo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Iwan Bank dictus de Zarwazo, vel Blasius de Barczanfalwa, sive Michael de Farkasrew, aut Petrus Leuk, sin Sandri-

nus de Baly aliis absentibus homo regius ad faciem prescripte totalis possessionis Mayze vocate, vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatum Michaellem filium Wayvoda de Dolha, et alios predictos in dominium eiusdem, statuaturque eandem eisdem premissis iure ipsis incumbente perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatos exponentes regiam in presenciam ad terminum competentem, rationem contradiccionis eorum reddituros. Et post hec ipsius introduccionis et statucionis seriem ut fuerit expediens cum contradictorum, et evocatorum, vicinorumque et commetaneorum, qui premissis statucioni intererunt nominibus terminoque assignato domino Regi fideliter rescribatis, Datum in Civitate Pestiensis feria tertia proxima post festum beatorum Viti et Modesti Martyrum, Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo. Nos igitur petitioni dicti Comitis Ladislai de Palowcz, annuentes ut tenemur, una cum prefato Blasio de Barczanfalwa, homine regio unum ex nobis videlicet fratrem Michaellem presbyterum ad premissa fideliter peragenda nostro pro testimonio duximus destinandum. Qui tandem inde ad nos reversi nobis voce consona retulerunt, quod ipsi feria secunda proxima post festum ad Vincula beati Petri Apostoli proxime preteritum ad faciem prescripte totalis possessionis Mayze comitatu in prescripto existentis et habite, vicinis et commetaneis eiusdem universis videlicet Nicolao et Naan de Vissey, ac Thiwadar, Ioanne et Andrea de Dragomerfalwa, inibi legitime convocatis et presentibus accessissent, in cuius facie legitimis et consuetis diebus permanendo, prefatosque Michaellem filium Wayvode de Dolha, ac alterum Michaellem filium Bogdan, Ambrosium filium Stanislai, Ioannem filium Georgii Porkolab et Michaellem Orda de eadem Dolha, nec non Georgium Petermann, in dominium eiusdem totalis possessionis Mayze introducentes, eandemque eisdem cum cunctis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, terris scilicet arabilibus, sylvis, pratis, aquis et earum decursibus, montibus, alpibus, aliis etiam quibuscunque utilitatibus, ad eandem pertinentibus premissis iure ipsis incumbente statuissent perpetuo possidendam, nemine penitus contradictore inibi apparente. In cuius rei memoriam stabilitatemque perennalem presentes literas nostras privilegiales alphabetoque intercisas sigilli nostri appensione munimine roboratas duximus concedendas. Datum sedecimo die diei Introduccionis et Statucionis prenotatarum. Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo supradicto.

Leleszi Convent (Statutoriarum No. 56. Anni 1450.) közölte gr. Teleky J. Hunyadiak kora X. k. 269. l. Megvan a sajió Mán család irományai közt is.

205.

1450. Junius 18. Buda. Az ország nádorának rendelete az iránt, hogy Dolhai István vajdának fia Mihály Rozalia fele részének valamint polyánai négy jobbágy teleknek birtokába beiktattassék. A beiktatás ellenmondás nélkül történik.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentium noticiam habituris Stanislaus prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez salutem in omnium salvatore, ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas magnifici viri domini Ladislai de Gara regni Hungarie palatini et Iudicis Cumanorum statutorias nobis directas reverenter recepimus in hec verba, amicis suis reverendis conventui ecclesie de Lelez Ladislaus de Gara regni Hungarie Palatinus et Iudex Cumanorum amicitiam paratam cum honore. Dicit nobis Michael filius Stephani Woyvode de Dolha nobilis Comitatus Maramorosiensis, quomodo ipse in dominium directe medietatis possessionis Hrozavlya vocate ac etiam quatuor sessionum Iobbagionalium in possessione Polyana apellata in dicto Comitatu Maramorosiensis existencium habitatum ipsum omnis juris titulo concernencium legitime vellet introire. Super quo vestram amicitiam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo presente Michael Thathul de Ilhoucz aut Blasius de Barczanfalva, sin Sandrinus Balya de Iood aliis absentibus, homo noster ad facies dictarum possessionum Hrozawlya et quatuor sessionum in ipsa Polyana habitatum vicinis et conmetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatum Michaellem filium Wayvode in dominium earundem statuaturque eisdem eidem eum cunctis earum utilitatibus et pertinenciis quibuslibet terris scilicet arabilibus, silvis, pratis, montibus, alpisque aliisque quibusvis utilitatibus ad easdem undique pertinentibus lure sibi incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet eisdem contra antefatum Michaellem nostram in presenciam ad terminum competentem rationem contra-

dictionis eorum reddituros. Et post hec hulusmodi introductionis et statucionis seriem, cum contradictorum si qui fuerint, ac vicinorum et commetaneorum, qui premissis statucioni intererunt, nominibus terminoque assignato nobis amicabiliter rescribatis. Datum Bude feria quinta proxima post festum beatorum Viti et Modesti martyrum. Anno domini 1450. Nos igitur petitioni dicti domini Ladislai de Gara palatini annuentes ut tenemur una cum prefato Blasio de Barczanfalfa homine ipsius palatini unum ex nobis videlicet fratrem Michaelem presbiterum ad premissa fideliter peragenda nostro pro testimonio duximus destinandum. Qui tandem exinde ad nos reversi nobis voce consona retulerunt. Quod ipsi die dominica proxima post festum ad vincula beati Petri apostoli proxime preteritum ad facies prescriptarum possessionum Hrozawlya et Polyana vocatarum comitatu in prescripto existencium, sequenterque directe medietatis eiusdem Hrozawlya et quatuor sessionum Iobbagionalium in ipsa Polyana habitarum vicinis et commetaneis earundem universis, videlicet Sandrino et Ioanne de Iod, ac Ioanne et Gregorio de Sayo, nec non Andrea et Tivadar de Dragomerfalva inibi legitime convocatis accessissent in quarum faciebus legitimis et consvetis diebus permanendo, prefatumque Michaelem filium Stephani Woyvode in dominium earundem medietatis Hrozavlya et quatuor sessionum in ipsa Polyana habitarum introducendo, easdemque eidem cum cunctis earum utilitatibus et pertinentiis quibus libet, terris scilicet arabilibus, sylvis, pratis, aquis et earum decursibus, montibus, alpibus aliis etiam quibuscumque utilitatibus ad easdem pertinentibus premissis iure sibi incumbenti stauissent perpetuo possidendas. Nemine penitus contradictore inibi apperente. In cuius rei memoriam stabilitatemque perennem presentes literas nostras privilegiales alphabethoque intercisas, sigilli nostri appensione munimine roboratas duximus concedendas. Datum sedecimo die introduccionis et statucionis prenotatarum anno domini 1450.

Leleszi Covent (Statutoriarum D. No 51.) közölte gr. Teleky I. Hunyadiak kora X. k. 272. l. — Rozaljáról nemességét igazoltak 1763—1769. években a Rák és Pop (1688.) családok.

206.

1450. Junius 19. Garai László nádor rendelete a Jászói conventhez, az iránt hogy Tamás és Balús kik Dán nevet viseltek, Pap Koszta, Thodor az Alsó-apsai Zlaph Mihály fiai Alsó-Apsa és Közép-Apsa birtokokba beiktattassanak és ezen birtokok határai bejárassanak.

Amicis suis reverendis conventui ecclesiae de Iazo, Ladislaus de Gara regni Hungarie palatinus et iudex Cumanorum amicitiam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis Thomae et Blasii Dan dictorum, Pap Koztha, Thodor, filii Michaelis Zlaph de Also-Apsa, quomodo quaedam possessiones eorum Also-Apsa praedicta et Kezepse-Apsa apellatae in comitatu Maramaros adiacentes erga manus eorum pacifice habitae legitima reambulatione et novarum metarum erectione plurimum indigerent, super quo vestram amicitiam praesentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo praesente Michael Vlad de Gywlafalva, vel Ladislaus de Kirysfalva, aut Michael de Feyereghaz, sin Sandrinus de Zarwazou, aliis absentibus homo noster ad facies praefatarum possessionum Also-Apsa et Kezepsew-Apsa vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, reambulent easdem, per earum veras metas et antiquas, novas juxta veteres ubi necesse fuerit erigendo, reambulasque et ab aliorum juribus separatas et distinctas relinquat et committat praefatis exponentibus cum omnibus earum utilitatibus et pertinentiis quibus libet eo jure, quo eisdem dinoscitur pertinere perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet eosdem contra annotatos exponentes nostram in praesentiam ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros. Et post haec huiusmodi possessionariae reambulationis, et statutionis seriem, cum nominibus contradictorum et evocatorum si qui fuerint, ac cursibus metarum inibi erigendarum, terminoque assignato nobis amicabiliter rescribatis. Datum Budae feria quinta proxima post festum beatorum Viti et Modesti martirum. Anno domini millesimo, quadringentesimo quinquagesimo.

Leleszi Convent (Protocollum Metalium Cottus Maramaros No 7.) A convent jelentése hiányzik; látható ezen rendeletből hogy az alsó-apsai birtokosok, Közép-Apsán is birtak és viszont mikép mai nap is.

207.

1450. Junius 20. Buda. Pálóczi László ország bírāja rendelete folytán Borsa birtok határai bejúrtnak és ellenmondás nélkül megállapítottak Miklós és Lukács az István fiaí és Naán a Visói Hotko fia részére.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presentium noticiam habituris Stanislaus prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez, salutem in omnium Salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, Quod nos litteras magnifici comitis Ladislai de Palocz iudicis curie regie, reambulatorias et statutorias nobis directas reverenter recepimus in hec verba. Amicis suis reverendis, conventui ecclesie de Lelez, comes Ladislaus de Palocz, iudex curie regie, amicitiam paratam cum honore, Dicitur nobis in persona Nicolai et Luce filiorum Stephani ac Naan filij Hoghko de Wisso, quomodo quedam possessio ipsorum Borsa vocata in comitatu Maramorosienſi existens, legitima reambulatione, metarum erectione et sibi ipsis statui faccione plurimum indigeret. Super quo vestram amicitiam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo presente Koztha de Feyerfalwa, vel Stephanus de Lypse, aut . . . us de Krysfalwa, neve Bogdan vel Sandrinus de Iod, alys absentibus, homo regius, ad facies prescripte possessionis Borsa vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, reambulet eandem per suas veras metas et antiquas, novas juxta veteres in locis necessarys erigendo, reambulatamque et ab aliorum Iuribus possessionariis metaliter separatam et distinctam statuatur et committat prefatis Nicolao filio Stephani de Vysso et alys predictis Iure ipsis incumbenti perpetuo possidendam si non fuerit contradictum. Contradictores vero si qui fuerint evocet eosdem contra antefatos exponentes regiam in presenciam ad terminum competentem rationem contradiccionis eorum reddituros, et post hec huius modi possessionarie reambulacionis, statucionis et evocationis seriem cum cursibus metarum inibi erigendarum ac contradictorum et evocatorum, vicinorumque et commetaneorum, qui premissis possessionarie reambulacioni et statucioni intererunt nominibus, et termino assignato domino regi fideliter rescribatis. Datum Bude sabbato proximo post festum beatorum Viti et

Modesti martirum. Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo. Nos igitur petitioni dicti comitis Ladislai de Palocz annuentes, ut tenemur, una cum prefato Bogdan de Iod homine regis unum ex nobis videlicet fratrem Michaellem presbiterum ad premissa peragenda nostro pro testimonio transmisimus fidedignum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis voce consona retulerunt, quod ipsi feria tertia proxima post festum ad Vincula beati Petri Apostoli proxime preteritum, ad faciem prescripte possessionis Borsa vocate, comitatu in prescripto existentis, vicinis et commetaneis eiusdem universis videlicet Georgio Pethermann de Sayo, Michaelle Orda de Ordonafalva,¹⁾ ac Ivasko patre eiusdem Michaelis de eadem, inibi legitime convocatis et presentibus accessissent, eandemque possessionem Borsa per suas veras metas et antiquas undique reambulando, reambulatumque et ab aliorum Iuribus possessionarys metis infra dicendis separatam et distinctam nominatis Nicolao et Luce filijs Stephani ac Naan filio Hoghko, ipsorumque heredibus ac fratribus quibus concernit premissis Iure ipsis incumbenti statuissent et commisissent perpetuo possidendam, Nullo contradictore inibi apparente. Mete autem et cursus metales quibus ipsi prescriptam possessionem Borsa a prescriptis Iuribus aliorum metaliter separassent et sequestrassent, prout ydem regius et nostri homines nobis recitarunt, hoc ordine protenderentur. Quod primo incepissent a parte meridionali penes quendam rivulum, qui vocatur Hatharpathaka,²⁾ qui exiret de Keweshawas³⁾ et caderet in alium rivulum Wyso, penes quem a parte occidentali unam metam terream de novo sublevassent, deinde ad plagam septemtrionalem dictum rivulum Wyso pertranseundo per magnum spacium inter magnas silvas Feketheerdew⁴⁾ nominatas pervenissent ad alium rivulum Wypathak apellatum, et ipsum rivulum pertranseundo, eundo per longum spacium pervenissent ad unam vallem Kethberzk . . . vocatam, inde declinando ad partem orientalem per (magnum spacium) in dicta silva Feketheerdew pergendo v ad quendam rivulum Prodanpathaka vocatum usque ad originem ipsius rivuli ascendendo de hinc declinando a parte orientali ad partem meridionalem spacium eundo pervenissent ad montem Prodanhavasa dictum ipsius montis de hinc per competens spacium ipsa plaga servata montis pervenissent ad alium montem Lwkachhavasa vocatum. Et inde eadem plaga servata et in vertice eiusdem montis eundo per longum spacium inter rubeta Gyalogfenyew vocata, pervenissent ad unum magnum

montem Balashavasa⁵⁾ appellatum. Ab hinc eadem plaga servata et in vertice eiusdem montis eundo non modicum spacium, pervenissent ad quendam montem Theerhavasa⁶⁾ nominatum, et in vertice eiusdem montis currendo per competens spacium, pervenissent ad unum fluvium Bezthrecze nominatum. Et ipsum fluvium pertranseundo, procedendo ad eandem plagam meridiionalem, inter magnas silvas eundo per longum spacium pervenissent ad unum locum Mezewhavaslab⁷⁾ vocatum. Ab hinc procedendo ad eandem plagam meridiionalem per longum spacium pervenissent ad unum magnum montem Kothankhavasa appellatum. De hinc declinando ad partem occidentalem et in vertice eiusdem montis per competens spacium in quodam campo currendo pervenissent ad quendam montem magnum Stholhavasa⁸⁾ vocatum, et ab eodem monte descendendo eadem plaga occidentali servata in magno campo currendo per magnum spacium, pervenissent ad unum magnum lapidem Pokolkew⁹⁾ appellatum. Ab hinc eadem plaga servata, descendendo de lapide venissent in quandam magnam silvam, et in eadem silva satis bonum spacium procedendo, venissent ad unum locum Solyomkew vocatum. Ab hinc procedendo ad eandem plagam occidentalem inter magnas silvas Ffeketheerdew nominatas, et eandem pertranseundo, pervenissent ad unum locum Bykakew nominatum. Ab hinc procedendo ipsa plaga continuata, inter rubeta Gyalogfenyew nominata, per longum spacium eundo pervenissent ad unum montem Keweshavasa vocatum. Et ibi erecciones metarum predictae possessionis Borsa a partibus universorum Iurium possessionariorum quorum licet circumadiacentium habitorem terminassent, premissa namque loca notabilia, montes scilicet et alpes ac rivulos, et lapides, aliaque loca superius lucutata (sic) et post sese declarata, pro metis et signis metalibus predictae possessionis Borsa separancia et distinctia, reliquissent et commisissent, tenenda possidenda et habenda. In cuius rey memoriam stabilitatemque perhempnalem presentes litteras nostras privilegiales sigilli nostri appensione munimine roboratas duximus concedendas. Datum vicesimo quinto die diei executionis premisorum. Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo.¹⁰⁾¹¹⁾

1) Ordonafalva=Leordina.

2) Hatharpatak Borsától nyugotra.

3) Keweshavasa=Petrosa (2305 méter magas.)

4) Feketeerdő=Fenyveserdő.

5) Balashavasa=Balasinésa a Cibou patak mellett.

6) Theerhavasa=Torciaga Borsától éjszakra.

7) Mezewhavaslab=Picioru Sesului az Aranyos Besztercze mellett.

8) Stoihavasa Borsától keletre.

9) Pokolkew=Piatra rea.

10) Pergamenre rt függő pecséttel ellátott eredetiből.

11) Borsáról nomességet igazoltak 1752-ben a Sandrin (1456.) Dancs (1456.)

Mihály (1594) Mallna és Grek vagy Moldován családok; 1763—1768-ban a Timis (1456.) család.

208.

1450. Junius 26. Buda. Nádori rendelet folytán osztály-egyezség létesül Mikolapatak birtoka felett, melynek egyik felerészébe Barczánfalvi Balázs és Hodor beiktattatnak, másik fele része Fejérfalvi Szteczk, Gosztolyan Mihály, Nemes Demeter, Radul János, Emanuel, Costan Pap és László részére fennmarad.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris praesentium notitiam habituris, Stanislaus praepositus et conventus ecclesiae sanctae crucis de Lelez, salutem in omnium Salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas magnifici viri domini Ladislai de Gara regni Hungariae palatini et Iudicis Cumanorum statutorias nobis directas reverenter recepimus in haec verba: Amicis suis reverendis conventui ecclesiae de Lelez. Ladislaus de Gara regni Hungariae palatinus et Iudex Cumanorum. Amicitiam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis Blasy et Hodor¹⁾ de Barczanfalva: Quomodo ipsi una cum Ztheckz, ac Michaelae Goztholyan²⁾ de Fejérfalu, Demetrio Nemes, Ioanne Radul, Monajla, Pap Kozta et Ladislao de eadem Fejérfalu, in possessione Mikolapatak in comitatu Maramarosienſi existente divisionem habere vellent congruentem: Super quo vestram amicitiam praesentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Sandrinus aut Lazarus de Buthfalva, seu Michael Lad de Gyulafalva, vel Ladislaus de Kricsfalva, aliis absentibus homo noster ad praefatum Ztheckz et alios praenominatos accedendo, admoneat eosdem, dicatque et committat eisdem verbo nostro, ut ipsi de praescripta possessione Micolapataka . . . divisionem aequalem dare debeant et teneantur. Qui si fecerint bene quidem, alioquin evocet eosdem contra

annotatos exponentes nostram in praesentiam, ad terminum competentem, rationem super inde reddituros. Et post haec huiusmodi admonitionis et evocationis seriem cum admonitis et evocatis, terminoque assignato nobis amicabiliter rescribatis. Datum Budae feria sexta proxima post festum nativitatis beati Ioannis baptistae. Anno Domini 1450. Nos igitur petitioni dicti domini Ladislai de Gara palatini obediens ut tenemur, una cum praefato Lazaro, homine ejusdem domini palatini unum ex nobis, videlicet fratrem Michaellem presbyterum ad praemissa peragenda nostro pro testimonio transmisimus fidedignum. Qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi die dominica proxima ante festum beati Laurentii martyris proxime praeteritum ad praedictam villam Fejerfalu vocatam comitatu in praescripto existentem et habitam accessissent, ubi praelibatos Ztheczk, Michaellem Goztholyan de Fejerfalu, ac Demetrium Nemes, Joannem Radul, Monaila, Pap Koztha et Ladislaum de eadem Fejerfalu personaliter repertos, admonuissent eosdem, dixissentque et commisissent eisdem verbo ejusdem domini palatini, ut ipsi de praescripta possessione Mikolapataka eisdem Blasio et Hodor de Barczanfalu divisionem dare deberent et tenerentur, qui quidem Ztheczk, Michael Goztholyan, Demetrius Nemes, Ioannes Radul, Monaila, Pap Koztha et Ladislaus de Fejerfalu praescriptam divisionem in praescripta possessione Mikolapataka, benevole et absque ulla contradictione ipsis Blasio et Hodor de Barczanfalu extradare se velle allegassent. Ob hoc ipsi eandem possessionem Mikolapataka in duas rectas et aequales divisissent session a parte occidentali, in quibus Koztha et Ivanka nunc residerent, cum omnibus Mikolapataka modo simili cum cunctis ipsarum utilitatibus, et pertinencys quibuscunque . . . montibus, aquis et earum decursibus, aliis etiam quibus vis usibus et fructuositatibus ad easdem pertinentibus memoratis Ztheczk, et Michaeli Goztholyan, Demetrio Nemes, Ioanni Radul, Monaila, Pap Koztha et Ladislao eorumque haeredibus commisissent in divisione, quas ipsi scilicet palatinalis et noster homines partibus praedictis statuissent jure perpetuo possidendas. Nullo contradictore inibi apparente. In cuius rei memoriam firmitatemque perennem praesentes literas nostras privilegiales sigilli nostri impressione communitas duximus concedendas. Datum antedictae anno domini supradicto.³⁾

¹⁾ Hodor=Theodor, ettől származik a Barczánfalván ma is birtokos nemes Hodor család.

²⁾ Goztholya=Augustin.

³⁾ Leleleszi Convent, hol ezen oklevél fejérfalvi Vlászín Mihály kérésére átiratott (Prothocollum anni 1765. folio 19.) Mikolapatakról 1763—1768. években nemességet igazolt a Nemes család.

209.

1451. Január 16. Temesvár. Hunyadi János ország kormányzójának iktatási és határjárási parancsa Joodi Bálya Sandrin, Vanisa, Bogdan u Vanisa fia, Drotha János, Gorzo, Pethermann György, Mihály és Juga Diak részére Jood birtokot illetőleg, a határjárás és beiktatás ellenmondás nélkül történik.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentium noticiam habituris, Stanislaus prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez, salutem in omnium salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas magnifici et spectabilis viri domini Iohannis de Hunyad regni Hungarie gubernatoris, statutorias nobis directas honore quo decuit recepimus in hec verba, Iohannes de Hunyad regni Hungarie gubernator etc. honorabili conventui ecclesie de Lelez, salutem cum honore, dicitur nobis in personis Sandrini¹⁾ et Wanysa²⁾ Baly de Iod, necnon Bogdan filij eiusdem Wanysa, ac Drotha³⁾ Iwan, Gorzo, Georgy Pethermann⁴⁾ Michaelis et Dyak Iuga⁵⁾ de eadem Iod, quomodo eadem possessio ipsorum Iod vocata, in comitatu Maramarosiensi existens, nunc apud manus ipsorum, ut dicitur, pacifice habita metarum reambulacione, erectione et renovacione plurimum indigeret. Super quo honorabilitati vestre firmiter precipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Symon de Kohnya, vel Georgius Petermann de Sayo, sin Thywadar Thorkos de Dragomerfalwa, sive Iwan Dyak de eadem, alys absentibus homo noster, ad faciem predictae possessionis Iod vocate vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, reambulet eandem per suas veras metas et antiquas, novas iuxta veteres in locis necessarys erigendo, reambulatamque et ab aliorum iuribus possessionarys metaliter separatam et distinctam relinquat et committat ipsis exponentibus jure ipsis incumbenti perpetuo possiden-

dam, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet ipsos contra memoratos exponentes, in presenciam palatinalem ad terminum competentem, rationem contradiccionis eorum reddituros, et post hec huiusmodi possessionarie reambulacionis seriem cum cursibus metarum inibi erigendarum, contradictorumque et evocatorum, si qui fuerint vicinorumque et commetaneorum, qui premisse reambulacioni intererunt, nominibus terminoque assignato eidem domino Palatino suo modo rescribatis. Datum in Themeswar feria sexta proxima ante festum beatorum Fabiani et Sebastiani martyrum. Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo. Nos igitur mandatis dicti Iohannis de Hunyad gubernatoris satis facere volentes ut tenemur, una cum prefato Iwan Dyak de Dragomerfalwa, homine eiusdem domini gubernatoris, unum ex nobis, videlicet fratrem Petrum presbiterum ad premissa fideliter peragenda nostro pro testimonio duximus destinandum. Qui tandem exinde ad nos reversi, nobis consona voce retulerunt, quod ipsi feria secunda proxima, ante festum beati Gregory pape proxime preteritum, ad faciem predictae possessionis Iod vocate, vicinis et commetaneis eiusdem universis, videlicet Michaele et Ambrosio de Dolha, altero Michaele de Leordina, Petro Mandra de Wyso, Michaele de Petrowa, et Thader Torkos de Dragomerfalwa inibi legitime convocatis et presentibus accessissent, eandemque possessionem Iod per suas veras metas et antiquas reambulando, reambulataeque et ab aliorum juribus possessionariis, metis infrascriptis, separatam et distinctam prefatis Sandrino et Wanysa Baly de Iod ac Bogdan filio eiusdem Wanysa, nec non Drotha Iwan, Gorzo, Georgio Pethermann, Michaeli et Dyak Iuga de eadem Iod reliquissent et commisissent, premissis iure ipsis incumbenti perpetuo possidendam, nemine penitus contradictore inibi apparente. Mete autem quibus ipsi prefatam possessionem Iod ab aliorum juribus possessionarys metaliter separassent et distinxissent, prout ydem domini gubernatoris, et noster homines nobis recitarunt hoc ordine protenduntur, quod incepissent super alpem Stol appellatam, a plaga orientali, et ab inde reflectendo ad plagam meridionalem, venissent ad descensum vel caulam ovium, Myhalzallasa vocatum, et ab eodem descensu, seu caula ovium venissent ad terciam caulam ovium Meras nominatum. Ab inde eadem plaga meridionali servata, attigissent quartum descensum ovium Stana de Ver vocatum, adhuc eadem plaga continuata venissent ad quintum descensum ovium Korman dictum, unde eundo attigissent sextum descensum ovium Bohayechka appellatum, ab inde eadem plaga servata venis-

sent ad septimum descensum ovium Batryna⁶⁾ nominatum, unde eundo venissent ad octavum descensum Staniga dictum, postremoque dicta plaga meridionali continuata venissent ad nonum descensum ovium Gusath hawasa apellatum, et ibi terminassent. In cuius rei memoriam stabilitatemque perhempnalem presentes literas nostras privilegiales sigilli nostri appensione munimine roboratas, duximus concedendas. Datum quinto decimo die diei executionis premissarum. Anno domini supradicto⁷⁾.

- 1) Sandrin=Alexandrin.
- 2) Vanisa=Onisa=János.
- 3) Drotha=Dorotheus, Gorzo=György.
- 4) Pethermann=Péter az Emanuel fia.
- 5) Diak=Diaconus, Juga=György.

6) Batryna és Bohayechka mojszeni havasok, melyekből a Dragus pataka ered, a többi havasok a borsai és visói határokba esnek. A havasok nevezetüket gyakran azon helységektől veszik, melyhez tartoznak, például: Apsanescu, Barsanescu, Vadenescu, Brebenescu stb. másszor ismét a tulajdonosok nevét viselik p. o. Budescu, Jurcescu, Mihaescu, Grópa Giuli, Burlaia, Dancul stb., ősrégi neveket viselnek Bersaba, Bratila, Batrina, Traian, Toroiaga, Cibles, Gutin stb. Mindezen havasok csoda szép vegetációjukkal Europa legkövérebb legelőit nyújtják, innen van a lakosság hajlandósága az állattenyésztésre, a mi Italia népeinek is főfoglalatossága volt.

„Hic anni labor, hinc patriam parvosque nepotes
Sustinet, hinc armenta boum meritosque juvencos.

Hanc olim veteres vitam coluere Sabini“. Virg. (Georg II.)

7) Pergamenre irt, függő pecséttel ellátott eredetiből joodi Bálya Jánosnál, közölte gr. Teleky I. Hunyadiak kora X. k. 289. l. A határjárás csak a havasokról történt, melyek hajdan a joodi nemesek havasai voltak.

210.

1451. Január 30. Beese. Hunyadi János kormányzó rendelete folytán Dolhai Szaniszló fiaí Ambrus és Mihály beiktattatnak az általuk cserébe vett Kereczke és Kusnyicza birtokába.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter ac futuris presentium noticiam habituris Stanislaus prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez salutem in omnium salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, Quod nos literas magnifici et spectabilis viri domini Iohannis de Hunyad regni Hungarie gubernatoris statutorias nobis directas honore, quo decuit recepimus in hec verba, Iohannes de Hunyad regni Hungarie gubernator etc. Honorabili conventui ecclesie sancte crucis de Lelez salutem cum honore. Dicitur nobis in personis nobilium Ambrosy et Michallis filiorum Stanislai de Dolha, quomodo ipsi in dominium quarumdam possessionum Kereczky et Kusnyicza vocatarum in Comitatu de Beregh existentium ipsos titulo concambialis permutacionis concernencium legitime vellent introire. Super quo vestre honorabilitati firmiter committimus et mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Stephanus vel Michael filij Petri Bolond, aut Stephanus filius Elie, sin Hodor filius Georgy de Bilke alys absentibus homo noster ad facies prescriptarum possessionum Kereczky et Kusnyicza vocatarum vicinis et commetaneis earumdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatos Ambrosium et Michaellem de Dolha in dominium earumdem, statuatque easdem eisdem cum cunctis earum utilitatibus et pertinencys quibuscumque terris scilicet sylvis, alpibus, montibus, aquis et earum decursibus ad easdem undique pertinentibus, Iure ipsis incumbenti perpetuo possidendas si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet ipsos contra memoratos exponentes in presenciam Iudicis Curie regie ad terminum competentem racionem contradictionis eorum reddituros, et post hec hujusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint ac vicinorum et commetaneorum, qui premissis statutioni intererunt nominibus terminoque assignato eidem domino Iudici curie regie suo modo rescribatis. Datum in Oppido Beche die Dominico proximo ante festum

purificacionis beate Marie virginis, Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo. Nos igitur mandatis dicti domini Ioannis de Hunyad gubernatoris satisfacere volentes ut tenemur, una cum prefato Stephano filio Elie de Bylke homine ejusdem gubernatoris unum ex nobis videlicet fratrem Petrum presbyterum ad premissa fideliter peragenda nostro pro testimonio duximus destinandum. Qui tandem ex inde ad nos reversi, nobis voce consona retulerunt. Quod ipsi sabbato proximo post festum beati Mathie Apostoli proxime preteritum ad facies prescriptarum possessionum Kereczky et Kusnycza vocatarum in prescripto Comitatu de Beregh existencium vicinis et commetaneis earum universis videlicet Iohanne Waywoda de Zenthmyklos et pertynentys ejusdem, Gorzo de Lypche et Michaele filio dicti Iohannis Waywode inibi legitime convocatis et presentibus accessissent, in quarum faciebus legitimis et consuetis diebus permanendo prefatosque Ambrosium et Michaelem de Dolha in dominium earumdem introducendo easdemque eisdem cum cunctis earum utilitatibus et pertinencys quibuscumque terris scilicet, sylvis, alpibus, montibus, vallibus, aquis aquarumque decursibus et generaliter quibusvis comoditatibus et fructuositatibus ad easdem undique pertinentibus et spectantibus premissis iure ipsis incumbenti statuissent perpetuo possidendas. Nullo penitus contradictore inibi apparente. In cuius rei memoriam stabilitatemque perennem presentes literas nostras privilegiales sigilli nostri appensione munimine roboratas duximus concedendas. Datum quinto decimo die diei introductionis et statutionis prenotatarum Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo supradicto.

Leleszi Convent (Statutoriarum D. No. 255.) közölte gr. Teleky J. Hunyadlak kora X. k. 286. l.

211.

1451. Február 14. Beregszász. János beregszászi lelkész és Lengyel Imre igazolják, hogy nemes Dolhai Mihály előtők élő szóval kijelenté, miszerint Munkács vára részéről Sarkad és Makaria szomszédos birtokuk miatt sok zaklatást szenvedvén, elhatározták ő és testvére Ambrus, hogy azokat cserébe adják Hunyadi János vajda és kormányzónak, a munkácsi várhoz tartozó Kusnicza és Kereczke birtokaiért; de neki a cseréügylet költségeihez pénze nem lévén, azokat még pedig a jegyzőnek a levelek írásáért 16 frtot, a beiktatásért 3 frtot, a leleszi prépostnak 9 frtot és Kendres Jánosnak 50 arany frtot és 100 nyust bőrt testvére Ambrus előlegezte, minélfogva míg e költségek felét neki meg nem téríti, addig a cserébe vett javak birtokába lépni nem kíván.

Nos Iohannes alias plebanus de Zaas et Emericus Lengyel, damus pro memoria quibus expedit universis, quod veniens nostri in presenciam nobilis vir Michael de Dolha, viva voce per modum que-rele nobis retulit molestias grandes obprobria iniurias oppressiones diversas, graues et multiplices de castro Munkacz, in defalcacionibus metarum possessionum suarum Sarkad et Makaria vocatarum, quod essent conuicinee et commetaneae castro prescripto dietim pati vnacum fratre suo carnali nobili Ambrosio similiter de Dolha, molestiarique grauedine valida eciam in direpcionibus vsurpacionibus et depredacionibus honorum lobbacionum et suorum, necnon in litium aggrauacionibus curialibus, expensis fatigijs et turbacionibus multimode vexarentur pro eo, pro hys afflictionibus omnibus perpeisis formidando ne in posterum similia aut maiora obprobria paterentur in fortuitu casu eueniente, statuit et deliberauit animo concordii cum fratre suo pre-tacto Ambrosio per modum concambij et permutacionis formam a tali disturbio molestiarum se quoquomodo possent elongare, sed quia talis concambij via pluralitalem requirabet expensarum, ipseque Michael protunc tantis deficeret sumptibus, vocibus supplicibus ipsum agressus Ambrosium fratrem suum ortans, rogans et diligenti affectu petens, assumptis laboribus fatigijs et expensis suis proprijs ad concambij permutacionem cum Spectabili viro et Magnifico Iohanne Waywoda de Hunyad regni Hungarie gubernatore operam dare, possessionesque ip-

sorum Sarkad et Makarya, pro possessionibus Kosnicza et Kerezke ad Castrum Munkacz spectantibus et pertinentibus commutare, per modumque concambij ipsi prefato magnifico Iohanni Gubernatori et suis successoribus perpetuo possidendas tenendas pariter et habendas dare, sicque si fieri posset concambij et permutacionis forma modo et via, sopitis disturbijs molestacionum a castro Munkacz elongando pacifice et quiete ac cum bona tranquillitate in dominio possessionum concambialium Kusnicza et Kerezcke vocatarum possent permanere, assumptens nichilominus ipse Michael de Dolha coram nobis ipsi fratri suo Ambrosio sua fide mediante christiana qua Deo tenetur, medietatem expensarum quas exponeret sibi plenarie soluere, nec interim ad easdem possessiones pretactas et obtentas concambiales intrare donec ipsi Ambrosio per ipsum satisfactum fuerit plene et perfecte, ipseque Ambrosius hoc animaduertens, diligencia adhibita laboribus fatigijs et expensis suis propriis ceterorumque dominorum suorum supplicacionibus adiunctis, hanc concambialem permutacionem cum ipso magnifico domino Iohanne perfecit, licet difficulter obtentisque possessionibus pretactis Kosnicza et Kerezcke, sollicitis laboribus et curis assidujs exercitabat se quomodo et per quem modum literas donacionales et introduccionales ne quisquam se intromitteret impediens excipere posset, tandem diligencia adhibita valida, ipsi notario pro rescripcione literarum sedecim soluisset florenos, hominique Capituli pro introduccione tres dedisset florenos auri, prepositoque de Lelesz pro literis statutorijs et introductorijs nouem contulisset florenos auri, sed quia Egregius dominus Iohannes Kendres in hys omnibus ipsi Ambrosio oppositum tenebat, nitebaturque modis omnibus ipsum a tali descensu et occupacione villarum pretactarum concambialium impedire et molestare, ipse Ambrosius cura inducta, sua et quam plurimum dominorum, cum ipso domino Iohanne Kendres fecit disposicionem, deditque sibi centum pelles mardurinas et quinquaginta florenos auri, sicque remansit ipse Ambrosius in pacifico dominio prefatarum villarum Kosnicza et Kerezcke, hec cuncta et singula vt premittitur coram nobis fatemur fuisse. Super quibus ipsi Ambrosio cum voluntate fratris sui Michaelis de Dolha sub sigilo proprio ipsorum in testimonium premissorum damus literas nostras. Scriptum in Zaas in die beati Valentini martiris anno domini millesimo CCCC-mo LI-o.

212.

1451. Junius 18. Szeged. Hunyadi János ország kormányzója meghagyja rokonának Kenderes János munkácsi várnagy és Beregi főispánnak, hogy miután Kusnicza és Kereczke rutén birtokokat román keneziatusként örök jogon Dolhai Ambrus és Mihály nemeseknek adományozta, azokat nevezettek birtokába adja és a nevezett vár joghatósága alól mentesítse.

Nos Iohannes de Hwnyad Regni Hungarie Gubernator etc. Memorie commendamus per presentes, quod nos consideratis fidelitatibus fidelium seruiciorum meritis Nobilium Ambrosij et Michaelis filiorum Stanislai de Dolha, per eos nobis locis debitis et temporibus incumbentibus exhibitis, possessiones nostras Rutenicales Kussiczá et Kereczke vocatas ad castrum nostrum Munkacz pertinentes cum omnibus earum vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet quocumque nomine censeantur, more et adinstar Keneziorum valachicalium prefatis Ambrosio et Michaeli ipsorumque heredibus vniuersis in perpetuum duximus dandas, donandas et conferendas, ymmo damus donamus et conferimus presencium per vigorem. Quocirca vobis Egregio Kenderes Castellano dicti castri nostri Munkacz et Comiti de Berek fratri nostro firmissime precipimus, quatenus statim visis presentibus prescriptas possessiones cum omnibus earundem utilitatibus et pertinencijs prefato Ambrosio et Michaeli remittere et resignare ac a Iurisdictione dicti Castri penitus sequestrare, manusque vestras et vestrorum de eisdem in toto excipere debeatis, Ipsosque in eisdem contra quoslibet illicitos impetitores protegatis et defendatis, aliud non facturi in premissis. Presentibus perlectis exhibentibus restitutis. Datum Zegedini feria sexta proxima post festum beati Barnabe, Anno Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo.

Közölte gr. Teleky J. Hunyadiak kora X. k. 296. l.

213.

1453. Január 10. Sziget. A vármegye tisztí kara igazolja, hogy Gyulafalvi Fitze Mihály és György a megye gyűlése, mint törvényszéke elé megidéztettek azon okból, mert holmi idegen fegyvereseket gyűjtván, azokkal Szarvaszói Gerhes Péter birtokát Brébet feldúlták, de nevezettek meg nem jelenvén elfogatásuk és saját jószáguk felprédálása lett elrendelve, egyszersmind Gerhes Péter nevezett birtokába a Hunyadi János országhormányzó rendelete folytán beiktattatott.

Nos Michael de Pesthyeny, Comes Comitatus et Camararius Salium Maramorosensium ac Michael de Wglia, Petrus Gerhes de Zarwazzo, Iohannes Nemes de Wanchysfalwa, Sandrinusque Balyaia de Iod Iudices nobillium et universi nobiles Comitatus eiusdem Maramarosensis, memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod cum nos feria tertia proxima post festum epiphaniarum ex speciali mandato et precepto domini nostri domini Iohannis de Hwnyad, regni Hungarie Gubernatoris et ex voluntate ac consensu singulorum procerum dicti Comitatus Maramarosensis congregacionem generalem nobillium in oppido Zygeth faciendo cellebrassemus, inter cetera nobiles viros Michaellem et Georgium Ficze dictos, de Gylafalva, sub pena et exposicione exly ad ipsam congregacionem generalem, racione et pretextu adduccionis quorundam latronum alienorum ad premissum Comitatum Maramarosensem et depopulacionis possessionis nobilis Petri Gerhes de dicta Zarwazzo, Hadpataka vocate in dicto Comitatu existentis facte, lite pendente, in qua idem Michael et Georgius Fiche cum predictis latronibus manibus armatis, potencia mediante in festo beati Thome martiris proximo preterito, utriusque sexus homines mutilando et spoliando bona ipsorum omnino depredarunt, evocari fecimus. Qui quidem coram nobis ad nostram sedem judicariam venire recusarunt, quos nos cum universis proceribus prescripti Comitatus contwmaciam et mala exilium duximus ponendos, ad possess porum nostros homines et familiares transmittentes ipsos solosemet tanquam tales exules captivare et possessiones ipsorum depopulare commiseramus, qui quidem evassise fore dinoscuntur et evaserunt,

tandem nos dictum nobilem Petrum Gerhes de dicta Zarwazo ad ipsam suam possessionem Hadpathaka vocatam iuxta literatorium mandatum dicti domini nostri Gubernatoris legitime duximus statuendum, ymo statuimus testimonio presencium mediante, hoc non pretermisso, quod pro hac contricione et depopulacione pro sua culpa facta, temporum in successu nusquam ipsum Petrum ac suas posteritates quovis colore valeat impedire. In cuius rei testimonium presentes nostras literas Banderio nostri sigilli et sigillorum dictorum Iudicum nobillium fecimus roborare, communitas. Datum in dicta Zygeth feria tertia quo supra. Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo tercio.

Papíra irt és öt pecséttel ellátott eredetiből.

214.

1453. Február 5. Pozsony. V. László király megerősíti és átírja Hunyadi János kormányzónak utóbb Besztercezi grófnak Konyhai Simon részére az ugyanottani keneziatusra vonatkozólag kiadott adomány levelét.

Nos Ladislaus Dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. rex Austrieque et Stirie dux nec non marchio Moravie memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod veniens nostre maiestatis in conspectum fidelis noster Symon de Kohnya exhibuit nobis et presentavit quasdam litteras donacionales, spectabilis et magnifici domini Iohannis de Hwnyad tunc gubernatoris regni nostri Hungarie, nunc vero comitis Bystricensis super donacione Keneziatu suo sigillo confectas, quo ut gubernator dicti regni nostri Hungarie utebatur consignatas. Supplicans prefatus Simon de Kohnya nostre maiestati prece subiectiva, ut pretactas litteras, annotati comitis Iohannis de Hwnyad gubernatoris gratas et acceptas habendo, nostrisque litteris verbotenus inseri faciendo, pro ipso Symone et eius successoribus universis perpetuo valituras confirmare dignaremur, quarum quidem litterarum tenor talis est. Nos Iohannes de Hwnyad regni Hungarie gubernator etc. (vide sub No. 194.) Nos itaque humillimis et deuotis suplicacionibus annotati Symonis de Kohnya nostre modo premissis prece subiectiva porrectis maiestati regia benignitate

exauditis et clementer admissis, predictas litteras antefati comitis Iohannis tunc gubernatoris donacionales non abrasas non concellatas nec in aliqua sui parte suspectas, ymno (sic) mere et sincere veritatis integritate prepollentes, presentibusque de verbo ad verbum insertas, quoad omnes earum continencias, clausulas et articulos, acceptamus, approbamus et ratificamus, easque nichilominus consideratis fidelitatibus et fidelium serviciorum meritis prefati Symonis de Kohnya per ipsum nobis uti dicitur semper constanter exhibitis et impensis, mera auctoritatis et regie potestatis plenitudine, ex certa scientia nostra pro prefato Symone de Kohnya eiusdemque posteritatibus universis. Innovamus, et perpetue valituras confirmamus. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes concessimus litteras nostras pendentes prescripti secreti sigilli nostri, quo ut prefertur tamquam rex Hungarie utimur munimine roboratas. Datum Posony in festo beate Agathe virginis et martiris. Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo tercio, regni autem nostri anno tredecimo.

*Commissio Dni Regis dno Comite
Ione*

Ekkor Pozsonyban országgyűlés tartatott, melyen Hunyadi János a kormányzóságról lemondott és Beszterczére az ország szélére visszavonult. — Pergamenre írt, függő pecséttel ellátott eredetiből dr. Máris Illésnél.

215.

1453. Május 31. Hátszeg. Hunyadi János Beszterczei gróf és ország főkapitánya új adománya, melylyel Dán, Suska és Gostófiannak a Kis-szacsali Mihály fiúnak adományozza saját Kis-Szacsal birtokuk keneziatusát, melyet nevezettek és elődeik ős időktől mindig békésen birtak; adományozza különösen azon érdemeik jutalmazásául, melyeket a kegyetlen törökök elleni hadjáratokban vérök ontásával szereztek.

Nos Iohannes de Hunyad comes perpetuus Bistriciensis supremusque Capitaneus regiae maiestatis in regno Hungariae constitutus, memoriae commendamus per paesentes, quod venientes nostram in praesentiam nobiles Dan¹), Suska²) et Gostholan³) filii Michaelis de

Kis Zachal⁴⁾ in comitatu Maramarosiensi constituti nobis significare curaverant in hunc modum: quomodo ipsi et eorumdem praedecessores semper, et ab antiquo Kenesiatum ipsorum possessionis Kis Zachal praedictae nulla contradictore apparente pacifice et quiete possedissent pacifico dominio ejusdem Kenesiatu usque in praesentiarum, supplicaverunt itaque nobis praefati exponentes debita cum Instantia, ut nos ipsos et ipsorum successores pro eorumdem fidelitatibus et servitiorum meritis auctoritate, qua fungimur, novae nostrae donationis titulo dare et conferre dignaremur. Unde nos attentis et in memoriam nostram revocatis multi modis fidelitatis fidelium et servitiorum meritis praefatorum Daan, Suska et Gosztholian filiorum Michaelis, quibus ipsi sacrae hujus regni Hungariae Coronae et exposit nobis, in diversis exercituum nostrorum contra sevissimos Turcos motorum expeditionibus cum ipsorum sanguinis effusione fideliter et constanter exhibitis et impensis, volentes eisdem in aliquantisper nostrum exhibere favorem, praefatum Kenesiatum Kis-Zachal praedictum, cum omnibus et singulis proventibus, redditibus, terris scilicet arabilibus, cultis et incultis, aquis, pratis, sylvis, montibus, vallibus, alpinis, Monchul et Betran, Ignatas⁵⁾ vocatis, aqua, fluvio videlicet Iza, aquarumque decursibus, piscinis, piscaturis, molendinis et locis molendinorum et generaliter quorumlibet utilitatum et pertinentiarum integritatibus sub ejusdem veris et antiquis metis et limitibus quibus ipsi et eorum praedecessores tenuissent, possedissent et conservassent, memoratis Daan, Suska, Gosztholyan et per eos Ivasko fratri ipsorum nomine et in persona regiae Majestatis novae donationis titulo in perpetuum dedimus, donavimus et conferimus imo damus donamus et conferimus, lure perpetuo et irrevocabiliter tenendum possidendum pariter et habendum, salvo jure alieno, harum nostrarum vigore quibus sigillum nostrum est apressum testimonio litterarum mediante. Datum in Oppido Hatzak Sancto die festi Corporis Christi Anno ejusdem millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio.⁶⁻⁸⁾

1) Dan=Bogdan.

2) Suska=János. A nemes Suska család terjedt és birtokos Szacsalon mai napig.

3) Gostoian=Gostoia=Ágoston; képződött m.kép Ostoia, Hervoia stb.

4) Kis-Zachal=Szacsal vagyis kisfalú, megkülönböztetésül a szomszédos Szelistyé-től, mely nagy-falut jelent. Szacsal név már magában foglalja a kicsinyit, ez okból „kis” jelzővel való megjelélése pleonasmus, minthogy „nagy” Szacsal nincs és nem is volt.

5) Muncel és Batrina havasok Szacsaltól keletre esnek, Ignatásza éjszak-keletre.

⁶⁾ Ezen évben és hóban (1453. Május 29-én) esett a császárok városa (Czárigrád) Constantinápoly, mely több mint 1000 éven át keleti Európa fővárosa volt, a törökök kezébe, kik hatalmukat a XVI. és XVII. századokban egész a mi vidékünkig kiterjesztették, miként előbb a bolgárok. Hunyadi János látva az ellene intézett cselszövényeket, ezen év elején országkormányzói tisztét V. László király kezébe letette.

⁷⁾ Szacsali Suska László és Suska Mihály szigeti lakosok productionalis peréhez csatolt másolatból; a periratok a vármegye levéltárában III. 1785/42. sz. a. található.

⁸⁾ Szacsalról nemességet igazoltak 1752. évben a Suska (1451.) Gosztolya (1451.) Dancsul alias Magdo (1451.) Peter (1486.) Szima (1579.) családok, 1763--1769. években a Burnár alias Gostolia (1453.) és 1763--1768. években a Vankul másképp Suska család (1459).

1453. Junius 1. Hátszeg. Hunyadi János ország főkapitánya új adomány czimén adományozza Péter, Mándra és Nán visói kenézeknek és rokonaiknak mindkét Visó keneziatúsát minden haszonvételekkel, a Vasser és Visó folyókkal, kezdve ezek eredetétől, miután igazolták, hogy ezen keneziatust régi királyok idejétől bírták és bírják.¹⁾

Nos Ioannes de Hunyad Comes perpetuus Bistriciensis, Supremus capitaneus regiae maiestatis in regno Hungariae constitutus etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis, quod venientes in praesentiam Petrus, Mandra et Nan Kenezy de Wiso in ipsorum, ac Nicolai Pap, Nicola Sandrini, Kozta, Dancs et Luca fratrum ipsorum carnalium (personis) exhibuerunt nobis quasdam literas, unam iudicum et juratorum civium civitatum Zigeth, Hosszumező, Teczyő, Wisk et Huzt, aliam vero competenter nobilium et ignobilium comitatus Maramarosiensis attestatoriam sub uno sensu et forma verborum loquentem et emanatam, et tertiam Egregy Kenderes de Malomviz comitis dicti comitatus Maramarosiensis (recognitionales), ex quarum trium literarum per praefatos Petrum, Mandra et Nan nobis exhibitarum seriebus denotabatur, et sane comperiebatur, quod ipsi Petrus, Mandra et Nan nec non fratres ipsorum supranominati in possessionibus „utraque Wiso“²⁾ vocatis, in dicto comitatu Maramarosiensi

existentibus, ab antiquo et temporibus divorum regum veri, legitimi et perpetui Kenezy fuissent, forentque in pacifico dominio ipsius Keneziatu ad praesens. Quibus exhibitis supplicarunt nobis saepe dicti Petrus, Mandra et Nan ipsorum et supradictorum fratrum eorum nominibus et in personis, ut nos in persona regiae Maiestatis et officio nostro Capitaneatus dictas literas per ipsos nobis exhibitas ratas, gratas et acceptas habendo, dictum Keneziatum praespecificatarum possessionum utrarumque Wiso simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis ipsis et praescriptis fratribus, ipsorumque haeredibus universis de novo et ex novo donare et conferre dignaremur. Unde nos cum ad supplicationem instantiamque antelatorum Petri, Mandra et Nan propterea factam, denique consideratis fidelitate et fidelium servitiorum meritis eorum per ipsos sacrae regni Hungariae Coronae, et exposit nobis sub locorum et temporum varietatibus cum omni fidelitatis constantia exhibitis et in (pensis), praescriptas literas non viciatas, non cancellatas, sed omni prorsus vitio destitutas, ratas, gratas ac acceptas atque roboratas habendo, praescriptum Keneziatum supradictarum possessionum utrarumque Wiso, simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, terris videlicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, sylvis, nemoribus, montibus, vallibus, campis, alpiis, molendinis, et molendinorum locis, nec non quibuslibet rivulis Wasser³⁾ et Wiso vocatis de capitibus ipsorum rivulorum et alys quibuslibet utilitatibus et pertinentiis ad dictas possessiones utriusque Wiso de iure et ab antiquo pertinentibus, in persona regiae maiestatis praefatis Petro, Mandra et Nan nec non (fratribus) eorum praenominatis ipsorumque haeredibus universis more et ad instar aliorum Keneziorum regallum novae donationis titulo dedimus, donavimus et contulimus, imo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter tenendum possidendum pariter et habendum. Salvo iure alieno. Harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Verum tamen (?) vobis comitibus vel vicecomitibus praetacti comitatus Maramarosiensis praesentibus scilicet et futuris praesentes visuris firmiter mandamus, quatenus praefatum Petrum Mandra et Nan et fratres eorum praedictos in praescripto ipsorum Keneziatu contra quosvis impetitores et molestare volentes protegere, tueri et defendere ac indempniter conservare debeatis auctoritate nostra praesentibus vobis in hac parte concessa et iustitia mediante. Praesentibus perlectis exhibenti restitutus. Datum in Haczok Secunda die festi sacratissimi corporis Christi. Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio.⁴⁾⁵⁾⁶⁾

1) Szegedy Zsigmond megyei főjegyző által 1670 évben írt másolatról, Várady Gábor birtokában.

2) „Mindkét-Visó” alatt Alsó- és Közép-Visó értendő, miután Felső-Visó először 1549. évben említették Új-Visó elnevezéssel.

3) „Wasser” folyó — Felső-Visótól éjszak felé, — ezen elnevezést ősi idők óta viseli, ujabban Vasérnek is nevezik, román neve: Riu. — Felső-Visó alatt egyesül a Visó folyóval, s a község a két folyó közt feküdvén, románul Intra-Riuri — Vizköz — nevet is visel.

4) Alsó-Visóról nemességet igazoltak 1752. évben a Mandra (1463.) Pap (1463.) családok; 1763—1769. években a Naszo (Naszul 1628.) család; 1763—1768. években a Mihutz (1624.) Páska (1649.) Bándra és Kozma (1463.) családok.

5) Közép-Visóról 1752. évben a Szteczko (1489.) Andreika (1594.) Bota (1597.) Szilma (1598.) családok; 1763—1768. években a Juszko (1445.) Ivasko (1445.) Dáncsul (1445.) Láza (1624.) Csubán (1638.) Simon (1652.) családok.

6) Felső-Visóról 1752. évben a Simon (1456.) Háпка (1589.) Mariescu (1591.) családok; 1763—1768. években a Tomojága (1445.) Simon alias Moga (1456.) Szteczko (1489.) Grád (1589.) és Dsurds (1676.) családok.

217.

1453. Junius 29. Kolozsvár. Hunyadi János beszterczei örökös gróf ország főkapitánya a mojszényi keneziatust Mihálynak és mindkét Jánosnak a Grad fiainak Juga, Radul, Ivan és Zay Maijnak, Szelistyei Wlad fiainak és Grada Györgynek adományozza, miután biztosan értesült, hogy az az övék, és nem a Dolhai Mihályé, kinek adományozta volt.

Nos Iohannes de Hwnyad Comes perpetuus Bistriziensis supremus capitaneus regie maiestatis in regno Hungarie constitutus etc. Memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, licet nos Kenezatum Moysey vocatum Michaelis et utriusque Iohannis filiorum Grad, Iwga, Radul, Iwan et Zay Maij filiorum Wlad de Zeleste necnon Georgij Grada, Michaeli de Dolha in perpetuum dederamus, tamen a certo experti sumus quod dictus Kenezatus ipsorum Michaelis et utriusque Iohannis et aliorum quorum supra existit, ob hoc nos dictum Kenezatum simulcum vniuersis eiusdem Kenezatus pertinentijs puta terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, siluis, nemoribus, montibus, vallibus, vineys vinearumque promontorijs, aquis, fluuijs aquarumque decursibus ac generaliter

quarumlibet vtilitatum et pertinentiarum integritatibus quouis nominis vocabuio vocitatis ad eundem Kenezatum pertinentibus sub suis veris metis et antiquis in persona Regie Maiestatis eisdem Michaeli et utriusque Iohanni ac alijs fratribus eorum prenotatis ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis more Kenezatus dedimus donauimus et contulimus ymmo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irreuocabiliter possidendum, tenendum pariter et habendum. Saluo iure alieno harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in Koloswar in festo beatorum Petri et Pauli Apostolorum Anno domini M-o CCCC-mo L-mo tertio.

Közölte gr. Teleky J. Hunyadiak kora X. k. 395. lap.

Mojszinból nemességet igazoltak 1752. évben a Koman (1548.) Hozsda (1548.) és 1763—1768. években a Wlasin (1468.) családok.

1453. Julius 12. Besztercze. Hunyadi János beszterczei gróf, ország főkapitánya igazolja, hogy Szarvasszói Gerhes Péter egyrésztől, másrésztől Gyulafalvi Vlad Mihály és Ivanka György előtte kiegyeztek akép, hogy Bréb egészen, Kopácsfalva fele részben a Gerhes Péteré legyen, ez pedig 100 arany forint értékű ingó javakkal és 25 arany forinttal kárpótolja a fennebb nevezetteket.

Nos Iohannes de Hwnyad perpetuus comes Byztriciensis, supremus capitaneus regie Mayestatis in regno Hungarie constitutus etc. memorie commendamus per presentes, quod veniens nostram in presenciam Petrus Gwrhes de Zarwazo ac Michael Wlad de Gywlfalwa et Georgius Iwanka de eadem, idem Petrus Gwrhes onera et gravamina filiorum suorum, prefaty vero Michael Wlaad onera et gravamina filiorum et Georgy similiter Wlaad dicti fratris suorum, annotatus autem Georgius Iwanka consimiliter onera et gravamina filiorum suorum quoad infrascriptam dispositionem super se assumendo, per eosdem confessum extitit et relatum in hunc modum, quod licet inter ipsos Petrum Gwrhes ab vna ac prefatos Michaellem Wlaad et Georgium Iwanka ab alia partibus dudum litis et controversionis (sic) materia racione possessionis Hathpathaka et Kopazfalwa vo(cate et

in co)mitatu Maramarosiensi existentis mota et suscitata ac usque ad finalem sentenciam deducta n volentes magis zelo et amore frui quam discordiarum gwerras gerere, ex compositione nonnullorum proborum pacem parcium zelancium, ad hunc devenissent unionem et concordiam, quod prefati Michael Wlaad et Georgius Iwanka totalem possessionem Hathpathaka predictam ac medietatem possessionis Kopazfalwa utilitatibus et pertinencys quibuslibet in perpetuum possidendam, tenendam pariter et habendam remisissent et dedissent ac relinquissent, aliam autem medietatem dicte possessionis Kopazfalwa pro se reservassent, sic tamen, quod octavo die festi beati Iacobi apostoli proxime nunc venturi duodecim probi viri et conscienciosi, semper per utrasque partes pari numero eligendi res et bona ipsius Petri Gwrhes ad valorem quinquaginta florenorum auri, et in festo beati Michaelis Archangeli proxime venturi similiter de rebus et bonis eiusdem Petri Gerhes ad valorem quinquaginta florenorum auri ydem duodecim probi aut aly similiter per partes eligendi dictis Michaeli Wlad et Georgio Iwanka in recompensam dicte possessionis Hathpataka et medietatis possessionis Kopazfalwa estimare deberent. Item in ebdomada festi circumcisionis Domini proxime venturi prefatus Petrus Gwrhes eisdem Michaeli Wlaad et Georgio Iwanka in recompensam premissarum possessionis et medietatis possessionarie viginti quinque florenos-puri auri dare deberet, omnes eciam et quaslibet literas super processu dicte cause per utrasque partes in alterutrum sub quocunque sigillo et sub quacunque forma verborum et in quibuscunque terminis emanatas ipsam causam condescendi faciendo vanas, cassas, annullatas, frivolas et viribus carituras relinquissent et commiserunt et dictam dispositionem et irrefragabilem observare promiserunt, tali vinculo et obligamine mediante, quod si qua parcium predictarum predictae dispositioni contraire vellet, aut dictam dispositionem no parte observare non vellet, vel non adimpleret, extunc talis pars contra partem in premissis irrefragabilem et persistentem in succubitu duelli facti potencialis et sententia capitali vincatur et convinci debeat eo facto, ad quod se ambe partes spontanea eorum voluntate obligarunt coram nobis vigore et testimonio presencium mediante. Datum in Byztricia in profesto beate Margarethe virginis anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo tercio.

Papirra irt és peccsétel ellátott eredetiből. Brébről nemességét igazoltak 1752. évben a Petrik (1610.) Tamás (1607.) Bota (1599.); 1763—1768. években a Bozsa családok.

219.

1454. Február 12. Buda. V. László király Hunyadi János közbenjárására Dolhai Ambrus és Mihálynak, Zsigmond császár és Albert királyok idejében tanusított hű szolgálataik jutalmazásául Dolha, Zadnya, Kereczke és Kusnyicza birtokait és Bronyka praediumát Beregmegye joghatósága alól kivévén, miután a Dolhaiaknak többi birtokai is Máramarosban fekszenek, ezen vármegye ispánjai és szolgabirái joghatósága alá helyezi.

Commissio domini Regis.

Nos Ladislaus Dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie rex ac Austrie et Stirie dux, necnon marchio Moravie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod nos tum ad supplicacionis instanciam fidelis nostri dilecti spectabilis et magnifici Iohannis de Hwnyad comitis perpetui Bijztritziensis, ac generalis capitanei in regno nostro Hungarie constituto propterea maiestati nostre oblate, tumque consideratis fidelitatibus et fidelium serviciorum meritis, que fideles nostri Ambrosius et Michael filii Stanislai de Dolha primum condam serenissimis principibus Sigismundo imperatori avo ac Alberto regibus predecessoribus nostris patri nostro carissimis et tandem maiestati nostre, ut certa relacione informamur, exhibuerunt et impenderunt. Quorum respectu possessiones eorum Dolha pretactam Zadnya, Kereczkij et Kwsnitza vocatas, simulcum predio Boronica appellato, que nunc in comitatu de Beregh prope metas et confinia comitatus Maromorosiensis existere perhibentur, quod eedem tam pro iuribus nostris regalibus, que ab eisdem habentes sumus, exigendis quam etiam pro ipsis Nobilibus eo, quod etiam altere possessiones et bona eorum in dicto comitatu Maromorosiensis haberi asseruntur, utilius et melius in dicto comitatu Maromorosiensis quam in prefato comitatu de Beregh conservari posse dicuntur, rebus sic stantibus ab omni Iudicio et Iurisdiccione et qualibet potestate comitum vel vicecomitum et Iudicum nobilium comitatus de Beregh predicti pro tempore constitutorum eximentes et exonerantes, de predicto comitatu de Beregh ad iamfatum comitatum Maromorosienssem duximus transferendas, ac eiusdem comitatus Maromorosiensis comitum vel vicecomitum et Iudicum nobilium Iurisdiccioni, auctoritati et potestati

subdendas et annectendas, immo eximimus, transferimus et subdimus presencium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus nostris comiti vel vicecomiti et iudici nobilium comitatus de Bereg antedicti firmiter precipientes mandamus, quatenus a modo deinceps in ante in prefatas possessiones Dolha, Zadnija, Kereczkij et Kwsnijza vocatas ac predium Boronica et earundem occasione in prefatos exponentes nullum jus nullamve jurisdictionem exercere et exerceri facere contra formam huiusmodi exempcionis presumatis quouismodo gracie nostre sub obtentu, presentibus perlectis exhibenti restituti, quibus sigillum nostrum personalem nostre maiestatis presenciam reputans propter absenciam maioris sigilli nostri secreti duximus appendendum. Datum Bude feria tertia proxima ante festum beati Valentini martiris, Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto, regnorum autem nostrorum anno Hungarie etc. quartodecimo, Bohemie vero primo.

Commissio domini Regis domino Iohanne Comite perpetuo Bistrizienti referente.

Közölte gr. Teleky J. Hunyadiak kora X. k. 418 lap.

. 220.

1454. Junius 17. Dolhai Szaniszló fia Ambrus és ennek testvérei Kis-bocskói Simonra a Konyhai Maros unokaöcsésére ruházzák Konyha birtokának keneziátusát és kötelezik magukat, hogy Konyha birtokára a királytól nemesi adomány levelet eszközölnék ki, s a birtok felét Simonra ruházzák át.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris, Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte Crucis de Lelez salutem in omnium Salvatore, ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Ambrosio filio Stanislai de Dolha pro se personaliter ac pro Michaelae carnali, nec non filio Georgy Porkolab, Michaelae filio Bogdan, altero Michaelae filio Iwasko, preterea altero Michaelae de eadem Dolha, sororis filio predicti condam Stanislai de Dolha, condivisionalibus fratribus suis, quorum onera, si ydem temporis in eventu confessioni subnotate contradicere, aut eandem quoquomodo infringere seu retractare attemptarent, in se recipiens, coram nobis constituto, per eundem Ambrosium confessum

extitit nostri in presencia pariter et relatum, quod ipse attentis et consideratis fidelitatibus et fidelium serviciorum meritis, quibus Simon nepos condam Maros de Kohnya¹⁾ sibi et prefato Michaeli fratri suo, fideliter studuisset complacere, Keneziatum dicte possessionis Kohnya vocate, Comitatus Maramorosiensis, cum omnibus et singulis suis utilitatibus, proventibus et pertinencys universis, molendino, pratis, fenestis, silvis, alpibus, montibus, vallibus, aquis et earum decursibus, ad idem Keneziatum spectantibus et pertinentibus, prefato Symoni et per eum Iohanni carnali ac altero Iohanni filio Ywanka fratrueli et Doman filio domine Elene consortis Manayla, ipsorumque heredibus, heredumve suorum successoribus universis-dedissent, donassent et contulissent, iure perpetuo et irrevocabiliter possidendum, tenendum pariter et habendum. Ymo prefatus Ambrosius suo prenominatorumque fratrum suorum nominibus et in personis, dedit donavit et contulit nostro in conspectu, ita videlicet, quod prefatus Symon et fratres sui predicti, ac eorundem heredes annotatis Ambrosio et Michaeli de Dolha, ipsorumque heredibus obsequia et servicia, non coacta et compulsiva, sed secundum eorum possibilitatem semper impendere et exhibere teneantur, tali condicione interposita, quod si volente domino celi, preactam possessionem Kohnya, cum literis et literalibus eorum instrumentis a regia serenitate requirere et reoptinere voluerint, extunc ipsi prefatum Symonem in directa medietate ipsius possessionis Kohnya nobilitare,²⁾ ac eandem medietatem eiusdem, eidem Symoni dare et conferre teneantur, tali vinculo obligaminis mediante, quod si ipsi Michael et Ambrosius prefatum Symonem et suos fratres, tempore progresivo, de prescripto Keneziatu indebite eiicere et excludere, premissaque infringere seu retractare attemptarint ex tunc ipsi, in quinquaginta marcis Budensibus,³⁾ salva iudicialia porcione, convincantur, et convincti debentur eo facto, contra Symonem et fratres suos antefatos. Ad quod idem Ambrosius se personaliter, predictos autem fratres suos ad onera preassumpta, sponte obligavit coram nobis patrocinio presencium mediante. In quorum premissorum memoriam stabilitatemque perhempnalem presentes literas nostras privilegiales, sigilli nostri appensione munimine roboratas, duximus concedendas. Datum feria secunda proxima post festum sancte et individue trinitatis. Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto.⁴⁾

¹⁾ Ezen kifejezés „Maros de Kohnya” mutatja, hogy ugyanaz 1454. előtt is birtokos volt Konyhán, valószínűleg annak a felerésznek birtokosa, melyről itt intézkedés nem tétetik.

2) Kis-bocskói Simon személyét, illetőleg nemesi oklevélre szükség nem volt, miután a török hadjáratokban, mint nemes vett részt, és Kis-Bocskóról adományt nyervén, ipso facto minden nemesi jognak gyakorlatában volt; de miután Ambrus és utána Simon mint kenézek bizonyos adókat fizettek, a szándék az volt, hogy ezen tehertől mentességet szerezzenek, miként az 1365. évi oklevél is ily mentességet nyújtott.

3) Egy budai márka négy arany forintban számított.

4) Pergamenre írt függőpecséttel ellátott eredetiből Dr. Máris Illés ügyvédnél.

221.

1456. Február 6. A csanádi káptalan Petrovai Bogdán Mihály kérésére átírja a király szolgálatában volt románok Drág és Drágus javára 1336. évben Bedő birtok határaitól kiállított határjárási oklevelet.

Capitulum ecclesie Chanadiensis. Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris salutem in salutis largitore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Michael dictus Bogdan de Petrowa nostram personaliter veniens in presenciam, exhibuit et presentavit nobis quasdam litteras patentes honorabilis capituli ecclesie Agriensis sigillo eiusdem pendenti communitas, petens nos debita cum instancia ut tenorem earumdem litterarum verbotenus presentibus litteris nostris privilegialibus transcribi et (transsumi) facere dignaremur, lurium suorum pro cautela. Quarum tenor talis est. Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presens scriptum inspecturis. Capitulum ecclesie Agriensis etc. (vide sub No 6.) Nos igitur petitionem dicti Michaelis Bogdan de Petrowa justam et juri consonam fore reputantes, prefatas litteras capituli ecclesie Agriensis de verbo ad verbum nihil addito, neque diminuto presentibus litteris nostris patentibus transcribi et transsumi facientes, eidemque Michaeli in transsumpto litterarum nostrarum duximus concedendas, jurium suorum ad cautelam. Datum per manus magistri Balthazar lectoris socij et concanonici nostri in festo beate Dorothe virginis et martyris. Anno Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto,¹⁾ presentibus honorabilibus dominis Thoma preposito, Stephano Cantore, Iohanne Custode, altero Iohanne Themensi, Benedicto Orodieni, Elya Ultramarusiensi, Clemente Choroniensi,

Matheo Sebesiensi, ac Thoma Crasouiensi archidiaconis ceterisque dominis Canonicis fratribus nostris in Dei ecclesia regi jugiter famulantibus sempiterno.^{2) 3)}

1) Ezen évben hunyt el a kereszténység előharczósa Hunyadi János és fegyvertársa Capistran szent János barát. Hunyadi halála előtt husz nappal mindketten fényes diadalt arattak Belgrádnál Mohamed török szultán felett. Ez volt a legdicsebb győzelem mind azok közt, melyeket keresztények valaha a törökök felett nyertek.

2) Pergamenre irt függő pecséttel ellátott eredetiből a bedei nemeseknél, velem közlé Biben János ugyanottani nemes birtokos.

3) Petrovai Mihály édes atya után vette fel a Bogdán Mihály nevet, követve a XV. századbeli azon szabályt, hogy az apa kereszt neve az utódok vezetőik nevévé válik. Saját birtokaik után a XVI. században többnyire azok vették vezetőik nevüket, kik más birtokra tették át lakásukat, például az Apsai, Bedei, Darvai, Kricsfalusi, Petrovai, Szaplonezai, Joodi, Uglyai családok.

222.

1456. April 6. Buda. László király rendeletéből és a hosszumezei bíró, esküdtek és polgárok kérése folytán bejártnak Hosszumező város határai, de az új határjelek megállapításának Szarvasszói Gerbes Péter, Szaplonezai Lukács és a Sz. Mihály Archangyal Monostorbeli Kaluger Simon ellen mondanak.

Serenissimo principi domino Ladislao Dei gratia Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. regi ac Austriae et Styriae duci, necnon Marchioni Moraviae etc. Domino eorum gratioso. Blasius praepositus et conventus ecclesiae sanctae Crucis de Lelez, Orationes in Domino pro ipsius vita, pariterque salute. Literas vestrae serenitatis nobis directas honore et reverentia quibus decuit recepimus in haec verba: Ladislaus Dei gratia Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. rex Austriaeque et Styriae dux, necnon Marchio Moraviae etc. Fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelez, salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis iudicis juratorum, ac universorum civium ac inhabitatorum civitatis nostrae Hozzywmezew quomodo praefata civitas nostra Hozzywmezew, ac terrae, sylvae, prata et aliae pertinentiae ejusdem legitime reambulatione, ac metarum erectione pluri-

num indigeret, super quo fidelitati vestrae firmiter praecipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo praesente Ioannes filius Ladislai de Huztthy, vel Nicolaus Orosz de Wysk, altero absente homo noster ad facies ipsius civitatis nostrae Hozzywmezew, ac terrarum, sylvarum, pratorum et aliarum pertinentiarum ejusdem, vicinis et commetaneis ipsarum universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, reambulet eandem et ipsas per suas veras metas et antiquas, novas juxta veteres in locis necessariis erigendo, reambulatasque et ab aliorum iuribus possessionariis metaliter separatas et distinctas, sub inclusionibus metarum praedictarum relinquat et comittat praefatis iudici, juratis aliisque civibus et inhabitatoribus praetactae civitatis nostrae Hozzywmezew perpetue possidendas, si non fuerit contradicendum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatos iudicem, juratos ac universos cives et inhabitatores praetactae nostrae civitatis, nostram personalem in praesentiam, ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros. Et post haec huiusmodi reambulationis ac metarum erectionis seriem, cum cursibus metarum inibi erigendarum, qui praemissae reambulationi et metarum erectioni inter erunt, nominibus, terminoque assignato, eidem nostrae personali praesentiae fideliter rescribatis. Datum Budae feria secunda proxima post festum sancti Ambrosii confessoris. Anno Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto. Regnorum autem nostrorum Anno Hungariae etc. sexto decimo, Bohemiae vero tertio. Lecta. Fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelez, pro iudice, juratis nec non universis civibus civitatis nostrae Hozzywmezew, Reambulatoriae. Nos igitur praeceptis et mandatis vestrae serenitatis obedire cupientes ut tenemur, una cum praefato Ioanne filio Ladislai de Huzth homine vestrae majestatis, unum de nobis videlicet fratrem Clementem praesbyterum ad praemissa fideliter peragenda nostro pro testimonio duximus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi, nobis uniformiter retulerunt; Quod ipsi in festo sanctae trinitatis proxime praeterito ad facies praedictae civitatis Hozzywmezew ac terrarum, sylvarum, pratorum et caeterarum utilitatum ejusdem vicinis et commetaneis ipsarum universis, inibi legitime convocatis et praesentibus accessissent, cumque ipsi eandem et ipsas a partibus possessionum Zarvazo, Zaponcza et cujusdam claustrum Ruthenorum in honorem sancti Michaelis constructi, per suas veras metas et antiquas undique reambularent, reambulatasque, et ab aliorum iuribus possessionariis metaliter sepa-

ratas et distinctas, sub Inclusionibus metarum praedictarum, praelatis iudici, juratis caeterisque civibus et inhabitatoribus dictae civitatis Hozzumezew perpetuo possidendas relinquere et committere voluissent, tunc Michael filius Bank de Zarwazo, et Lucas de Zapponcza illic adhaerendo, ipse siquidem Michael filius Bank in persona Petri Gerhes de eadem Zarwazo, ipse siquidem Lucas sua et cujusdam Simonis sacerdotis Kallugeri dicti claustrum in personis, ipsos non a reambulatione, sed novarum metarum erectione prohibuissent contradicendo, propter quod ipsi ibidem et eodem die memoratos Petrum Gerhes de Zarwazo, ac Lucam de Zapponcza, et Simonem Kalugerum contra annotatos iudicem, juratos et universos cives et inhabitatores dictae civitatis Hozzumezew ad octavas festi beati Iacobi Apostoli nunc venturas vestrae sublimitatis personalem evocassent in praesentiam, rationem contradictionis eorumdem reddituros. Signa autem metalia et cursus metales quibus ipsi praetactas civitatem Hozzumezew ac terras, sylvas, prata et alias pertinentias ejusdem a partibus praenominatarum possessionum Zarwazo, Zapponcza et claustrum metaliter separare et distinguere voluissent, pro ut iidem regius et noster homines nobis recitaverunt, hoc ordine procederentur: quod incipissent ultra fluvium Thyciae a parte orientali super quendam lapidem Fejeskew appellatam, et inde ad plagam meridionalem ipsum fluvium Thyciae pertranseundo venissent ad unam vallem Nadastho nuncupatam, inde ad aciem montis Ebres dictum, ubi super arbores signum fecissent, unde ad quemdam meatum aquae Samospatak dictum, penes quem esset unus lapis Laposkew dictus, penes quem signum de terra fecissent, deinde dicta plaga meridionali servata directe ad montem Zyphegh¹⁾ ascendendo in cuius vertice signum de terra fecissent, abinde ad aciem fluvii Zarwazopathaka eundo, et ab inde directe ad montem Kewhath, unde iterum ascendendo ad montem Laposkeð²⁾ dictum et ab eodem monte Dombos Nyarlo exeundo ad plagam Senepernyarlo ubi dicta civitas Hozzumezew commetatur cum civitate Zigeth, deinde directe plaga illa ascendit ad Maramarusfew,³⁾ et ab inde ad occidentem per longitudinem viae Southa⁴⁾ vocatae descendit, et abinde exeundo ad campum Ravaza,⁵⁾ ubi de terra signum fecerunt, deinde descendendo ad septentrionem et eundo ad plagam Rosdaffew,⁶⁾ et ab inde per longitudinem fluvii Zapponcza transcendendo ad campum Lygethfew, ubi de terra signum fecerunt, deinde descendendo per aciem Luci ad plagam Sandorzeke, inde descendendo ad Zapponczathw, et abinde ascendendo per Tyciam per longum meatum ad fluvium Dubinyapa-

thaka,⁷⁾ ab hinc ascendendo ad (p)ortum salis per quasdam vias et lucos exit ad campum Zeen ubi signum de terra fecerunt, et ab inde iterum ascendendo ad orientem, ad montem Komlos, unde iterum ascendit ad orientem ad quandam plagam Keselewfyzek, ab hinc vero iterum ascendit per fluvium Apsa ad plagam veteris Apathw, et ab inde ascendendo per colles, prima meta cadit et circuncingitur in primitivas pacificas metas videlicet Fejeskew, unde prima meta et plaga civitatis Hozzumezew orta fuit. Datum undecimo die diei executionis. Anno die et loco ut supra. *Deinde vero earumdem intitulationis seu superscriptio quae in dorso habetur et extat sequitur hoc modo.* In personalem praesentiam domini Regis pro iudice et juratis ac universis civibus et inhabitatoribus civitatis Hozzumezew contra Petrum Gerhes de Zarvazo ac Lucam de Zapponcza, et alium intronominatum, super reambulatione metarum praedictae civitatis Hozzumezew ac terrarum, sylvarum, pratorum, et aliarum utilitatum ejusdem a partibus possessionum intronominatarum modo introscripto facta, ad octavas festi beati labobi apostoli.^{8) 9)}

1) Széphegy keletnek esik Bazarád hegytől.

2) Laposkő=Lespezi a Runkmező közelében.

3) Máramaros fő a Mára viz eredeténél, közel a Valea Bradilor forrásaihoz.

4) Sóutha, melyen sót hordtak és időben Gyulafalváról az Avasba, Avasfelső-falu felé a Rotunda hegy mellett, a Seletruc helyen át, mely utóbbi a sóut emlékéét őrzi.

5) Ravasa=Rosza.

6) Rozsdafő a Ruginosa patak eredeténél, a Rotundától észak felé.

7) Dubinyapatak · Doboslázpatak(?)

8) János András hosszumezei polgár kérésére átírta a Leleszi Convent 1604-ben. (Protocollum Metalium Comitatus Maram. No. 10.)

9) Hosszumezéről nemességet igazoltak 1752. évben: a Terefyi Bereczk vagy Peremártoni, Décei, Hánka (1698.) Fekete, Menyhárt (1686.) Krizely (1670.) Nagy (1699.) Lindvai (1649.) Igyártó (1699.) Orosz (1669.) Gyarmati, Csurka (1700.) Benedek (1699.) Lassu, Lator (1699.) Kata (1613.) és Mocsári családok.

223.

1456. April 28. Buda. V. László király Dolhai Ambrusnak és testvérének Rozaliai Vajda Mihálynak újból adományozza Konyha birtokot, melyet Ambrus ősei ős időktől birtak, de melyet Kis-bocskói Simon elfoglalva tartott.

Nos Ladislaus Dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croacie etc. rex ac Austrie et Stirie dux nec non Marchio Moravie etc. memorie commendamus tenore presencium quibus expedit universis, quod nos consideratis fidelitatibus et fidelium obsequiorum meritis fidelium nostrorum Ambrosy de Dolha, per ipsum uti didicimus iuxta possibilitatis ipsius exigentiam, prefato regno nostro Hungarie et sacre eius corone, nostreque maiestati cum omni fidelitatis constancia exhibitis et impensis, possessionem Kohnya vocatam in comitatu Maramarosiensi existentem, in cuius pacifico dominio prefatus Ambrosius progenitores suos ab antiquo perstitisse, nunc vero apud manus Symonis de Bochko occupative existere perhibetur, Item totum et omne jus nostrum regium, si quod in eadem possessione quaecunque haberemus, aut nostram ex quibuscunque causis, modis et rationibus concerneret maiestatem, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, videlicet terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, campis, pascuis, fenetis, silvis, rubetis, virgultis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis vinearumque promontoriis, aquis, fluviiis, piscinis, piscaturis aquarumque decursibus, molendinis molendinorumque locis, ac generaliter quarumlibet utilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, sub suis veris metis et antiquis, premissis sicut preferitur stantibus et se habentibus, et dummodo dicta possessio ad aliquod castrum nostrum regale, aut aliquem officiolatum illarum partium non pertineat, sub omnibus illis modis, condicionibus et servitutibus quibus per predecessores nostros reges Hungarie in illis partibus possessiones dari consueverunt, prefato Ambrosio de Dolha et per eum Michaeli Wayda de Rozalya fratri suo condicionali ipsorumque heredibus et posteritatibus universis, nove nostre donationis titulo dedimus, donavimus et contulimus, ymmo damus, donamus et conferimus jure perpetuo et irrevocabiliter tenendam, possidendam pariter et habendam. Salvo jure alieno. Harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus,

dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Bude feria quarta proxima post festum beati Georgy martiris. Anno domini millesimo quadingentesimo quinquagesimo sexto, regnorum autem nostrorum anno Hungarie etc. sexto decimo, Bohemie vero tercio.

Pergamenre irt, pecséttel ellátott eredetiből a gr. Telekyek levéltárában Gyömrőn. (El. XX. f. II. No 24.)

224.

1456. April 28. Buda. László király rendelete az iránt, hogy Dolhai Ambrus és testvére Mihály rozaliai vajda Konyha és az ottani királyi jog birtokába, melyet Bocskói Simon elfoglalt, beiktattassanak.

Ladislaus Dei gratia Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc. rex, nec non Marchio Moravie etc. fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez salutem et gratiam. Cum nos pro fidelitatibus, et fidelium obsequiorum meritis fidelis nostri Ambrosii de Dolha, per eum nobis exhibitis et impensis, possessionem Kohnya vocatam in comitatu Maramorosiensis existentem, in cuius pacifico dominio prefatus Ambrosius progenitores suos ab antiquo perstitisse, nunc vero aqud manus Simonis de Bochko occupative existere perhibetur, Item totum et omne jus nostrum regium, si quod in eadem possessione qualitercumque haberemus, aut nostram ex quibuscumque Causis, modis et rationibus concerneret maiestatem, simulcum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet premissis sic ut prefertur, stantibus et se habentibus, prefato Ambrosio de Dolha et per eum Michaeli Wayda de Rozalya fratri suo condivisionalii, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis nove nostre donationis titulo vigore aliarum nostrarum literarum contulerimus, velimusque eosdem in dominium eiusdem, et predicti juris nostri regii per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci. Fidelitati igitur vestre firmiter precipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Sandrinus Balya de Iood, aut Blasius de Barczanfalva, vel Georgius Pelterman de Sayo, sin Stephanus de Bilke, seu Iohannes de Lipche, aliis absentibus homo noster de Curia nostra regia per nos ad id

deputatus, ad facies prescripte possessionis, consequenterque juris nostri regii in eadem existentis, vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis, et presentibus accedendo, introducat prefatos Ambrosium et Michaelem Wayda in dominium eiusdem et ipsius juris nostri regii, statuatque eandem et idem eisdem premissis nostre donacionis titulo ipsis incumbente, perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet ipsos contra antefatos Ambrosium et Michaelem nostram in presentiam ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros. Et post hec huiusmodi introductionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premissis statucioni intererunt nominibus, terminoque assignato nobis fideliter rescribatis. Datum Bude feria quarta proxima post festum beati Georgii martyris, Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto, regnorum autem nostrorum Hungarie etc. sextodecimo, Bohemie vero tertio.

Leleszi Convent (Statutoriarum D. No 49. Anni 1456.) Másolat Petrovay Györgytől; a jelentés hiányzik. Közölte gr. Teleky J. Hunyadiak kora X. k. 509. l.

225.

1456. Május 12. Buda. V. László király új adománya, melyvel Visói Hothko fiainak Nán, Miklós, Sandrin, Danchul és Lukácsnak adományozza Borsát, melyet az adományosok és őseik régi időktől birtak.

Nos Ladislaus Dei gratia Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. rex ac Austriae et Styriae dux, necnon marchio Moraviae. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit universis, Quod nos consideratis fidelitatibus, et fidelium obsequiorum meritis, fidelium nostrorum Naan, Nicolai, Sandrini, Danchul et Lucae filiorum Hothko¹) de Visso, per eos uti didicimus, nobis et sacrae regni nostri Hungariae coronae, juxta eorum possibilitatis exigentiam exhibitis, et impensis, possessionem Borsa vocatam in comitatu Maramorosiensi existentem et habitam, In cujus pacifico dominio praefati Naan, Nicolaus, Sandrinus, Danchul et Lucas, progenitores

suos ab antiquo perstitisse, seque persistere asserunt etiam de praesenti, item totum et omne jus nostrum regium, si quod in eadem possessione qualitercunque haberemus, aut nostram ex quibuscumque causis, modis et rationibus concerneret majestatem, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet: terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, foenetis, sylvis, rubetis, montibus, vallibus, vineis, vinearumque, promontoriis, agris, fluviis, piscinis, piscaturis aquarumque decursibus, molendinis et locis molendinorum et generaliter quarumlibet utilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis, sub suis veris metis et antiquis limitibus, praemissis sic ut profertur stantibus et dummodo ipsa possessio Borsa, ad aliquod castrum nostrum regale vel aliquem officiolatum parcium nostrarum inferiorum non pertineat, praefatis Naan, Nicolao, Sandrino, Danchul et Lucae, ipsorumque haeredibus et posteritatibus universis, sub illis conditionibus, servitutibus et consuetudinibus, quibus per praedecessores nostros reges Hungariae in illis partibus inferioribus villae seu possessiones dari et donari consueverunt, novae nostrae donationis titulo dedimus, donavimus et contulimus imo damus, donamus et conferimus, jure perpetuo et irrevocabiliter tenendam, possidendam, pariter et habendam, salvo iure alieno. Harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportatae. Datum Budae feria quarta proxima ante festum Pentecostes. Anno Domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto. Regnorum autem nostrorum Anno Hungariae etc. sexto decimo Bohemiae vero tertio.²⁾

Commissio propria domini regis.

¹⁾ Hothko=Photius.

²⁾ A leleszi convent által borsai nemes Mihály János lelkész és 17. osztályos rokona részére 1765. márczius 15-én kiadott hiteles átiratból.

226.

1456. Május 12. Buda. László király rendelete folytán Visói Nán, Miklós, Sandrin, Dancsul és Lukács beiktattatnak Borsa birtokába ellenmondás nélkül.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris praesentium notitiam habituris: Blasius praepositus et conventus sanctae Crucis de Lelesz salutem in omnium Salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas serenissimi principis domini Ladislai Dei gratia Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. regis ac Austriae et Stiriae ducis, nec non marchionis Moraviae etc. Statutorias nobis directas honore et reverentia, quibus decuit recepimus in haec verba. (Ladislaus Dei gratia Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. rex ac Austriae et Stiriae dux, necnon marchio Moraviae etc. Fidelibus nostris conventui ecclesiae sanctae Crucis de Lelesz, salutem et gratiam. Cum nos pro fidelitatibus et fidelium obsequiorum meritis fidelium nostrorum Naan, Nicolai, Sandrini, Danchuli et Lucae filiorum Hottko de Wisso per eos nobis exhibitis et impensis, possessionem Borsa vocatam in comitatu Maramarusiensi existentem habitam, in cuius pacifico dominio praefati Naan, Nicolaus, Sandrinus, Danchul et Lucas progenitores suos ab antiquo perstitisse, seque persistere asserunt etiam de praesenti, Item totum et omne ius regium, si quod in eadem possessione qualiter cumque haberemus, aut nostram ex quibuscunque causis, viis modis et rationibus concernerent majestatem, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, praemissis sic ut praefertur stantibus et dummodo ipsa possessio Borsa ad aliquod castrum nostrum regale vel aliquem officiolatum partium nostrarum inferiorum non pertineat, praefatis Naan, Nicolao, Sandrino, Danchul et Lucae ipsorumque haeredibus et posteritatibus universis sub illis conditionibus, servitutibus et consuetudinibus quibus per praedecessores nostros reges Hungariae in illis partibus inferioribus villae seu possessiones dari et donari consueverunt, novae nostrae donationis titulo vigore aliarum literarum nostrarum donationalium exinde conlectarum in perpetuum contulerimus, velimusque ipsos in dominium eiusdem et ipsius Iuris nostri regii per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci, fidelitati igitur vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus ve-

strum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Gorzo vel Ivasko de Iod, aut Rado de Dragomerfalva, seu Michael de Krycsowa seu Petrus de Weresmarthou, sive Michael de Kalin-falwa aliis absentibus homo noster ad facies praedictae possessionis Borsa, consequenterque Iuris nostri regii in eadem habiti, vicinis et commetaneis suis universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat praefatos Naan, Nicolaum, Sandrinum, Dancsul et Lucam in dominium eiusdem et ipsius Iuris nostri regii in eadem existentis, statuatque eandem et idem eisdem praemissae novae nostrae donationis titulo ipsis incumbenti perpetue possidendam si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra antifatos Naan, Nicolaum, Sandrinum, Dancsul et Lucam nostram in praesentiam, ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros. Et post haec huiusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum qui praemissae statutioni intererunt nominibus terminoque assignato nobis fideliter rescribatis. Datum Budae feria quarta proxima ante festum Pentecostes. Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto. Regnorum autem nostrorum anno Hungariae etc. sexto decimo; Bohemiae vero tertio. Nos igitur praeceptis et mandatis dicti domini nostri Ladislai regis obedire cupientes (ut tenemur) una cum praefato Ivasko de Iod homine eiusdem domini regis nostri, unum ex nobis videlicet fratrem Clementem praesbiterum ad praemissa fideliter peragenda nostro pro testimonio duximus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi, nobis unisono retulerunt, quod ipsi feria quinta proxima, ante festum sacratissimi Corporis Christi proxime praeteritum, ad facies praedictae possessionis Borsa vocatae consequenterque dicti Iuris regii in eadem habiti comitatu in praescripto existentis, vicinis et commetaneis eiusdem universis videlicet Georgio dicto Petherman de Sajo, Wlad de Szelistye, Radul de Dragomerfalva et Ivan Thorkos de eadem, inibi legitime convocatis et praesentibus accessissent, cuius facie legitimis et consuetis diebus permanendo praefatosque Naan, Nicolaum, Sandrinum, Dancsul et Lucam de Wisso in dominium eiusdem possessionis Borsa et ipsius Iuris regy in eadem habiti introducendo, eandemque et idem cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis praemisso vestrae serenitatis donationis titulo ipsis incumbenti statuissent, perpetuo possidendam nullo contradictore inibi apparente. In cuius rei memoriam, stabilitatemque perennem praesentes literas privilegiales sigilli nostri

appensione munimine roboratas duximus concedendas, Datum sexto decimo die diei introductionis et statutionis praenotatarum. Anno Domini supradicto.

Az előző oklevélben említett átiratból. Létezik egy más átirat is, melyet a Kolos-monostori levéltár őrei 1652. február 26-án felső-visóí nemes Simon Dán részére adtak ki.

227.

1456. Május 12. Buda. V. László király új adománylevele Konyhai Simon és testvére János részére, Kis-Bocsko birtokot illetőleg, melynek nevezettek az előtt is békés birtokában voltak.

Commissio propria domini Regis.

Nos Ladislaus Dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. rex ac Austrie et Stirie dux, nec non marchio Moravie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit universis, quod nos consideratis fidelitatibus et fidelium obsequiorum meritis fidelium nostrorum Simonis et Iohannis de Kohnya, per eos uti didicimus, nobis et sacre regni nostri Hungarie corone, iuxta eorum possibilitatis exigenciam exhibitis et impensis, possessionem Kis-Bachko in comitatu Maramorosensi existentem et habitam, in cuius pacifico dominio idem Simon se et dictum Iohannem fratrem suum a pluribus iam annis prestitisse, persistereque, asserit eciam de presenti, item totum et omne ius nostrum regium, si quod in dicta possessione qualitercunque haberemus, et nostram ex quibuscunque causis, modis et rationibus concerneret maiestatem, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinencys quibuslibet, videlicet terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, fenetis, silvis, rubetis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis vinearumque promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis aquarumque decursibus, molendinis et molendinorum locis, ac generaliter quarumlibet utilitatum et pertinenciarum eiusdem integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, sub suis veris metis et antiquis limitibus premissis sic ut refertur stantibus, et dummodo dicta possessio ad aliquod castrum nostrum regale, vel aliquem offi-

ciolatum parcium illarum non pertineat, sub illis modis, condicionibus, servitutibus et consuetudinibus, quibus per predecessores nostros reges Hungarie in illis partibus possessiones et iura possessionaria donari consueverunt, memoratis Simoni et Iohanni, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis, nove nostre donacionis titulo dedimus, donavimus et contulimus, ymo damus donamus et conferimus, Iure perpetuo et irrevocabiliter tenendam, possidendam, pariter et habendam. Salvo jure alieno. Harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Bude, feria quarta proxima, ante festum Penthecostes. Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto. Regnorum autem nostrarum Anno Hungarie etc. Sexto decimo, Bohemie vero tercio.

Pergamenre irt és pecséttel ellátott eredetiből dr. Maris Illés ügyvédnél.

228.

1456. Május 12. Buda. V. László király rendelete folytán Konyhai Simon és testvére János ellenmondás nélkül beiktattatnak Kis-Boesko és az ottani királyi jogok birtokába.

Omnibus Christi fidelibus pariter et ffuturis, presencium noticiam habituris Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez salutem in omnium salvatore, ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas serenissimi principis domini Ladislai Dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. regis ac Austrie et Stirie ducis, nec non marchionis Moravie etc. statutorias nobis directas honore et reverencia quibus decuit, recepimus in hec verba. Ladislaus Dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. rex, ac Austrie et Stirie dux nec non marchio Moravie etc. fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez salutem et gratiam, cum nos pro fidelitatibus et fidellum serviciorum meritis fidelium nostrarum Symonis et Iohannis de Kohnya, per eos nobis exhibitis et inpensis, possessionem Kys-Bochko, in comitatu Maramarosiensi existentem et habitam, in cuius pacifico dominio idem Symon se et dictum Iohannem fratrem suum a pluribus iam annis perstitisse persistereque asserit

etiam de presenti, simul cum omni jure nostro regio, si quod in dicta possessione Kys-Bachko qualitercumque haberemus, et nostram ex quibuscumque causis, modis et rationibus concerneret maistatem, ac alys cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, premissis sic se habentibus, et dummodo dicta possessio ad aliquod castrum nostrum regale, vel aliquem officiolatum parcium illarum non pertineat, sub illis modis, condicionibus, servitutibus et consuetudinibus, quibus per predecesores nostros reges Hungarie in illis partibus possessiones et jura possessionaria donari consveverunt, memoratis Symoni et Iohanni, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis vigore aliarum literarum nostrarum donacionalium exinde confectarum nove nostre donacionis titulo in perpetuo contulerimus, velimusque eosdem in dominium eiusdem per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci, super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum quo, presente Gorzo seu Ivasko de Iod, aut Radu de Dragumelfalva, vel Michael de Krychova, seu Petrus de Veresmarthou, sive Michael de Kalinfalva aliis absentibus homo noster, ad faciem dicte possessionis, consequenterque iuris nostri regy in eadem habiti, vicinis et commetaneis eiusdem universis, inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatos Symonem et Iohannem in dominium eiusdem, statuaturque eandem eisdem cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, premissis nostre donacionis titulo ipsis incumbenti perpetue possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra annotatos Symonem et Iohannem, nostram in presenciam ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros, et post hec huiusmodi introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premissis statucioni intererunt, terminoque assignato, nobis fideliter rescribatis. Datum Bude feria quarta proxima ante festum Penthecostes, anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto, regnorum autem nostrum anno Hungarie etc. sexto decimo, Bohemie vero tertio. Nos igitur preceptis et mandatis dicti domini nostri domini Ladislai regis obedire cupientes ut tenemur una cum prefato Ivasko de Iod homine eiusdem domini nostri regis, unum ex nobis videlicet fratrem Clementem presbiterum ad premissa fideliter peragenda nostro pro testimonio duximus destinandum. Qui tandem exinde ad nos reversi nobis voce consona retulerunt, quod ipsi feria quarta proxima ante festum sacratissimi corporis Christi proxime preteritum, ad faciem

predicte possessionis Kys-Bachko vocate, consequenterque dicti juris regii in eadem habiti, comitatu in prescripto existentis, vicinis et comitanensibus ejusdem universis videlicet Georgio dicto Peterman de Sayo, Wlad de Zeleste, Radwl de Dragomerfalva et Naan de Wysso, inibi legitime convocatis et presentibus accessissent, in cuius facie legitimis et consuetis diebus permanendo, prefatosque Symonem et Iohannem de Kohnya in dominium ejusdem possessionis Kis-Bochko, et ipsius juris regii in eadem habiti introducendo, eandemque et idem, cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, premisse regie serenitatis donationis titulo, ipsis incumbenti statuissent perpetuo possidendas. Nullo penitus contradictore inibi apparente. In cujus rei memoriam stabilitatemque perhempnalem, presentes literas nostras privilegiales sigilli nostri appensione munimine roboratas duximus concedendas. Datum sexto decimo die diei introductionis et stationis prenotatarum. Anno domini supradicto.

Pergamenre irt függő peccséttel ellátott eredetiből dr. Márts Illés ügyvédnél.

1456. Junius 10. Esztergom. Közép-apsai Tamás és János a Hozyw János fia, Koszta Pap és Dániel, továbbá Alsó-apsai Balás, Jakab és Jwga kérése folytán V. László király rendeletére Közép-Apsa és Alsó-Apsa határai bejāratnak.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez salutem in omnium salvatore. Ad universorum noticiam serie presencium volumus pervenire, quod nos literas excellentissimi principis domini Ladislai Dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. regis Austrieque et Stirie ducis nec non marchionis Moravie reambulatorias nobis directas sumpmo cum honore recepimus in hec verba. Ladislaus Dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. rex Austrieque et Stirie dux nec non marchio Moravie fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez, salutem et gratiam. Exponitur nobis in personis fidelium nostrorum Thome et Iohannis filiorum Iohannis Hozyw ac Koszta Pap de Kezepsew-Apsa et Danielis¹⁾

de eadem, nec non Blasy et Iacobi ac Iwga de Also-Apsa, quomodo quedam possessiones eorundem Kezepsew-Apsa et Also-Apsa vocatae in comitatu Maramarosiensi existentes apud manusque ipsorum pacifice habite a partibus possessionum Krychfalwa, Dolha et Wglya²) legitimis reambulacionibus ac metarum erectionibus plurimum indigerent. Super quo fidelitati vestre mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Michael Pap de Feiereghaz, aut Iohannes filius Nicolai de Swgathagh, vel Georgius Fiytze de Gywlfalwa, sive Ladislaus de dicta Krychfalwa, seu Ladislaus an Petrus de Bedew, neve Iohannes de Zarwazo alys absentibus homo noster ad facies predictarum possessionum Kezepsew-Apsa et Also-Apsa vocatarum vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, reambulet easdem per suas veras metas et antiquas, novas juxta veteres in locis necessariis erigendo, reambulatasque et ab aliorum iuribus possessionarys metaliter separatas et distinctas, relinquat eisdem exponentibus, iure ipsis incumbente perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra annotatos exponentes nostram specialem in presenciam ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros, et post hec huiusmodi reambulacionis et metarum inibi erigendarum, contradictorumque et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque etiam et commetaneorum, qui predictis reambulacionibus et metarum erectionibus intererunt, nominibus terminoque assignato eidem nostre speciali presencie fideliter rescribatis. Datum Strigonii feria quinta proxima ante festum beati Barnabe apostoli. Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto. Nos igitur preceptis et mandatis dicti domini nostri regis in omnibus obedire cupientes, ut tenemur, unacum prefato Iohanne Bank de Zarwazo, homine eiusdem domini nostri regis, unum ex nobis videlicet fratrem Stephanum presbyterum ecclesie nostre antedictae cantorem, ad premissas reambulaciones et metarum erectiones faciendas nostro pro testimonio duximus destinandum. Qui tandem exinde ad nos reversi, nobis voce consona retulerunt, quod ipsi secundo die festi beati Iacobi Apostoli proxime preteriti ad facies possessionum Kezepsew-Apsa et Also-Apsa vocatarum vicinis et commetaneis earundem universis, videlicet Iohanne de Veresmarth, Michaele Naan de Zlathyna, Ladislao de eadem et Sandrino de Feiereghaz inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, easdem per suas veras metas et antiquas novas juxta veteres in locis necessariis erigendo reambulassent, reambulatas-

que et ab aliorum juribus possessionariis metaliter separatas et distinctas reliquissent eisdem exponentibus, jure ipsis incumbente, perpetuo possidendas nullo penitus contradictore inibi apparente, legitimis et consuetis diebus in faciebus earundem juxta regni consuetudinem, moram continue protrahente. Mete autem et cursus metarum sunt hec. Item primo incepissent a plaga orientali super quemdam magnum circularem montem Kermetzhege³⁾ nuncupatum in cujus cacumine habetur quidam murus, ut dicitur, olim pro castro exstructum fuisse dinoscitur, quem pro meta principali commisissent, et de eodem monte descendendo et pertranseundo quendam rivulum Kermetzpathaka vocatum versus plagam meridionalem, et perveniendo ad alium montem, qui cursum suum vertit versus eandem plagam meridionalem, et in latere eiusdem ascendendo ad cacumen culusdam montis et in eiusdem vertice per bonum spatium eundo et sic idem mons circulariter circuit ad plagam occidentalem per magnum et longum spatium, quasi ad duo milliaria vel modico circa, et in declivio ipsius montis habentur quedam arbuste avellanarum pro meta relinquendo, ab hinc eundo usque fluvium Tytia⁴⁾ ubi quidam rivulus Gyrtianpathaka⁴⁾ nominatum cadit in predictum fluvium Tytia⁴⁾, quem pro meta relinquendo, deinde per ipsum rivulum ascendendo per bonum spacium et de ipso rivulo exeundo et perveniendo versus plagam septentrionalem inter montes usque montem Berbeechege⁵⁾ nominatum quem pro meta assignassent, et a monte Berbeechege vertitur ipsius metarum cursus iterum ad plagam orientalem et perveniendo ad rivulum Ekerpathaka⁶⁾ nuncupatum, quem pro meta relinquissent, ad huc eadem plaga orientali servata, iterum perveniendo ad quandam viam Estwanwtha vocatam quam iterum pro meta assignassent. Ab hac vadit usque ad quandam locum Komlospathaka, et ab inde eundo usque montem Fenyeshag quem pro meta assignassent. Adhuc eadem plaga servata vadit ad quemdam campum Peleskemezeje⁷⁾ vocatum quem pro meta assignassent. Et ab hinc vadit et cadit in fluvium Swprwtz⁸⁾ et a fluvio Swprwtz iterum vadit ad alium campum iterum Peleske nominatum, quem pro meta semper reliquissent, semper eadem plaga orientali adhuc servata, vadit usque alpes Kezepsew-apsa havasa⁹⁾ nominatas aliter Oprissa havasa¹⁰⁾ nominatas et secundum Also-apsa havasa vocatas, quas cum suis utilitatibus, proventibus, sylvis, pratis, herbis, campis et aquis nec non locis metalibus pro ipsis possessionibus Also-Apsa et Kezepsew-Apsa assignassent, pro metis possidendas. Et a tertia Alpe eundo ad quandam planiciem seu campum iterum Peleske

vocatum et ab ipso Peleske perveniendo ad quemdam locum Laithraskw vocatum, et a loco Laithraskw eundo inter quasdam duas montes per bonum spacium, et perveniendo ad alium Laithraskw, quos pro metis reliquissent, et ab hinc eundo usque rivulum Tiszapathaka adhuc eadem plaga meridionali servata vadit et ascendit ad verticem cuiusdam montis et de ipso monte descendendo et perveniendo ad quartum campum iterum Peleske nominatum, que loca semper pro metis ipsis possessionibus reliquissent, et a quarto campo Peleske vadit ad primam ubi in cacumine primi montis predictus murus habetur et ibi terminassent. Quarum quidem metarum consignaciones et erecciones modo superius conscripto reliquissent et commisissent prefatis exponentibus jure ipsis attinenti perpetuo possidendas. In cujus rei memoriam stabilitatemque perpetuam presentes literas nostras pendentis et authentici sigilli nostri munimine roboratas eisdem duximus concedendas. Datum sedecimo die diei reambulacionis et metarum assignacionis prenotatarum. Anno domini supradicto¹¹⁾ ¹²⁾.

1) Az itt említett Danieltől veszi eredetét az apsai nemes Dán család.

2) Alsó- és Közép-Apsa most csak a havasok felül határos Uglyával, Dolha és Kricsfalvával egyáltalán nem.

3) Kermetzhege=Cremenita hol várnak, — mely valószínűleg a Dákok idejében állhatott fenn — nyomai mai napig láthatók.

4) Gyrtianpataka=Valea Cărpinişului.

5) Berbeechege=Arietéua.

6) Ekerpathaka=Bouţiu.

7) Peleske=Plesca.

8) Swprwtz=Szopurka.

9) Középső-Apsa havasa=Apsenescu.

10) Oprisa eként nevezve ma is Oprisától, az Erdő vajda fiától, kiről az 1345. évi oklevél emlékszik.

11) Pergamenre írt, függő pecséttel ellátott eredetiből a közép-apsai nemeseknél; másolatban található a közép-apsai nemesek által a kir. kincstár ellen 1824—1836-ban folytatott per iratai közt.

12) Közép-Apsáról nemességet igazoltak 1752. évben a Mihály (1407.) Vlád (1407.) Simán (1406.) Pap (1456.) Ivancsuk (1407.) Popelan, Vultur és Kozub családok; 1763—1768. években a Kozma (1506.) Dán (1407.) Marina (1584.) Huzeu (1406.) Opris alias Lázár családok.

230.

1456. Junius 10. Esztergom. László király rendelete a vármegye tisztviselőihez az iránt, hogy Szarvasszói Gerhes Pétert továbbá az Apsához közel Sz. Mihály archangyal tiszteletére emelt monostor Kalugerét Simont és más Szaplonezai és Szarvasszói nemeseket megoltalmazzák a hosszumezei polgárok és hospesek ellen, kik egy új határjárás alkalmából nevezettek két monostorát, bevetett szántóföldjeit, rétjeit és erdeit jogtalanul elfoglalták.

Ladislaus Dei gratia Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croacie etc. rex Austrieque et Stirie dux necnon marchio Moravie, fidelibus nostris comiti vel vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus Maramorusiensis salutem et gratiam. Exponit nostre maiestati fidelis noster Petrus Gerhes de Zarwazo sua ac Simonis sacerdotis Kalugery in claustro beati Michaelis Archangeli prope possessionem Absa constructo degentis, necnon Michaelis Nan de Zaponcza et Luce de eadem item Iohannis et Sandrini Gerhes dicti ac Iohannis Bank, Michaelis, Luce, Andree et Dragus de dicta Zarwazo in personis, quod licet ipsi in pacifico dominio quorundam duorum monasteriorum seu ecclesiarum, nec non terrarum certarum arabilium, silvarum, pratorum et fenillum, tam intra metas possessionum Zarwazo, quam etiam Zaponcza predictarum, existencium et adiacentium semper et ab antiquo extiterint, tamen nuper videlicet circa festum Corporis Christi proxime preteritum cives et hospites civitatis nostre Hwzwmzew vocate, cum nostre maiestatis et conventus ecclesie de Lelez hominibus, vigore iuristarum nostrarum reambulatoriarum a nobis impetratarum predicta claustra et iura possessionaria nec non terras arabiles, silvas, prata et fenilia ipsorum exponencium per novarum metarum erectiones, contra inhibitionem ipsorum exponencium pro se ipsis minus iuste occupassent, et occupatas tenerent etiam de presenti, volentes inter eos lite pendente, ipsis silvis, pratis et fenilibus nec non terris arabilibus uti, segetes quoque per ipsos exponentes seminatas metere, prata quoque ipsa falcare, in grande preiudicium dampnumque dictorum exponencium non modicum¹⁾, supplicatum itaque nostre extitit maiestati ut ipsis circa premissa iuris medelam adhibere dignaremur. Et cum nos ipsos exponentes in eorundem iustis iuribus velimus facere con-

servare, ideo fidelitati vestre firmiter precipimus et mandamus, quatenus receptis presentibus, rebusque premissis modo se habentibus, memoratos exponentes in dominio prescriptorum duorum monasteriorum seu ecclesiarum, nec non terrarum arabilium, silvarum, pratorum et fenelium iuxta priora et antiqua signa metalia eorundem tamdiu, donec inchoate lites inter easdem partes decidentur, contra quoslibet illegitimos impeditores, et signanter adversus pretactos et inhabitatores (sic) protegere, tueri et indempniter manutenere debeatis, nostre maiestatis in persona auctoritateque presentibus vobis in hac parte attributa et iusticia mediante. Secus non facturi, presentibus perlectis exhibentibus restitutis, Datum Strigony feria quinta proxima ante festum beati Barnabe Apostoli, Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto.²⁾

¹⁾ A Monostor szerény birtokát, ugy egyesek mint a kincstár elfoglalni utóbb is megkísérték, míg aztán a kincstár birtokában végleg megmaradt, igazolja ezt a következő levél, melyet Duliskovics J. közölt (Istoriceskia Csertej II. 69.) Nos Valentinus Drugeth . . . Továbbá mivel találának meg bennünket az becsületes Máramaros Vármegye eö kegyelmek, és az Moldvay Simon Vajda eö Nagysága követe, az megnevezett becsületes Máramaros vármegyében levő egy olah Clastrom végett meli Keörtvelesnek h.vattatik, — minthogy penigh az az Clastrom ennek előtte való boldog emlékezetű fejedelmek idejében is Olah Püspökök lakóhelye volt, és mostani változásnak idejében penighlen foglaltatott volt Huszt várához — megtekintvén azért ebben az dologban mind az Moldvai Simeon vajdat eö Nagyságát, minékünk kedves szomszéd barátunkat, és mind penigh az becsületes Máramaros vármegyét eö kegyelmet, az eö kegyelmek kivansagok szerint azt az Clastromot restituáltak ugy, hogy püspök bírja, és Huszt várától hallgasson . . . és továbbá eö rolla mi hírünk és akaratunkból szálljon az következő Püspökökre szantoföldjeivel, kaszáló rétjeivel, erdeivel s mind halászó vizeivel egyetemben. Ezt is hozzátévén, hogy az Clastrom mind az Püspökével egyetemben Huszt Capitanunkval mindenekben egyetértsen, melly dolognak erősegere és jövőndő emlékezetére attuk ez jelen való levelünket pecsetünkvel és kezünk irásával meg erősítvén. Actum in arce nostra Huzit. 9. Martii 1607. Comes Valentinus de Homonna mp. L. S.

²⁾ Papirra irt és pecséttel ellátott eredetiből.

231.

1457. Február 12. Buda. László király rendelete Hosszúmező város közönségéhez, hogy a Simontól az Apsához közzel Sz. Mihály archangyal tiszteletére emelt monostor Caluđerétől és más Szaplonczai és Szarvaszói nemeseiktől jogtalanul elfoglalt javakat vissza szolgáltatassák.

Commissio propria Domini regis.

Ladislaus Dei gratia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. rex Austrieque et Stirie dux, nec non marchio Moravie etc. fidelibus nostris judici juratis, ceterisque civibus ac toti comunitati opidi nostri Hwzywmezew vocati, salutem et gratiam. Exponitur nobis in personis fidelium nostrorum religiosi frater Symonis Kalugeris in Claustro beati Michaelis Archangeli prope possessionem Absa constructo degente, Petri Gerhes, Iohannis Bank, Michaelis, Luce, Andree et Dragus de Zarwazo, comuni cum querela, quod licet ipsi in pacifico dominio quorundam duorum monasteriorum seu ecclesiarum nec non certarum terrarum arabilium, silvarum, pratorum et fenilium, tam eciam inter metas possessionis Zarwazo, quam eciam Zaponcza pre et ab antiquo extiterint, tamen circa festum sacratissimi corporis¹⁾2).

1) A papirra írt eredetiből csak az itt közölt töredék maradt fenn. Duliskovics J. I. m. II. 66. lapján találjuk a rendelet tartalmát következő kelettel: Budae Sabbato ante festum Valentini martyris, 1457. (Bálint napja kettő van 14. Februárban és 3. Novemberben.) Itt az előbbi veendő, miután László király 1457. Julústól ugyanazon év November havában bekövetkezett haláláig Prágában időzött. Helyébe királyul Magyarország keleti részének buzgolkodása folytán, határtalan lelkesedés mellett, a prágai fogságban lévő Hunyadi Corvin Mátyás választatott meg. 1458. Január 24.

2) Ezen oklevél szövegéből Duliskovics Jánosnál (i. m. II. 67. l.) a következőket találjuk: „Praedicta claustra et jura possessionaria, nec non terras arabiles, silvas, prata et foenilia ipsorum exponentium, praenarratarum metarum erectiones contra inhibitiones ipsorum pro vobis ipsis lite inter vos et eosdem exponentes pendente injuste occupassetis, et occupatas teneretis etiam de praesenti, et non contenti tempore in eodem non nullos ex vobis ad dictum Claustrum B. Michaelis Archangeli armatis manibus destinassetis, ibique 24. pecora et pecudes ipsius fratris Simonis recipi, et quo voluissetis, depelli fecissetis” etc.

232.

1457. Február 19. Buda. V. László király Irholczi Thathul fiának Mihálynak a törökök elleni hadjáratokban szerzett érdemei jutalmazásául neki és Szarvaszói Gerhes Simonnak adományozza egész Kabolát és Szarvaszó egyharmad részét, melyek a Szarvaszói Dancs Fejér magvaszakadtával a koronára szállottak.

Nos Ladislaus Dei gratia Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croacie etc. rex Austrieque et Stirie dux nec non marchio Moravie etc. Memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod nos consideratis multimodis servicys et fidelium servitiorum meritis fidelis nostri egregy Michaelis fily Thathul de Ilhocz, que idem uti a certo sumus informati sacre regni nostri Hungarie corone et consenquenter nostre maiestati sub locorum et temporum varietate et presertim in multiplicibus exercituallibus expeditionibus contra Turcos et alios regni nostri emulos instrauretis, cum conplurima sui et suorum sanguinis effusione, et Michaelis condam Bogdan fratris sui et aliorum consanguineorum et familiarium ejusdem Michaelis cumque fidelitatis constantia et sollicitudine indefessa viriliter ac toto posse exhibuit et inpendit, quorum intuitu ipsum Michaellem regio prosequi volentes favore, quendam tertiam partem cujusdam possessionis Zarvazov vocate in comitatu Maramarosiensi habite, item totalem possessionem Kabolapataka appellatam in eodem comitatu Maramarosiense existentem, que uti idem Michael assertit, condam Dants-Fejer¹⁾ de prescripta Zarvazov, et certorum aliorum nobilium congenerationis Kathorlow²⁾ prefuissent, et per defectum seminis ejusdem ad manus nostras regias juxta antiquam et approbatam regni nostri consuetudinem, devolute extitissent, et erga manus quorundam dominorum, tanquam jurium nostrorum regalium celatricum sub taciturnitatis silentio haberentur, item totum et omne jus nostrum regium, si quod in prefatis tertia parte possessionis Zarvazou, et totali possessione Kabolapathaka predictarum qualitercumque haberemus et nostram quibuscumque modis, causis et rationibus concernerent maiestatem, simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et appertinentiis, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, sylvis, nemoribus, alpbibus, montibus, vallibus, vineis, vinearumque promontoriis, aquis, fluviis,

piscinis, piscaturis et aquarum decursibus, molendinis et molendinorum locis et generaliter quarumlibet utilitatum et pertinentiarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis, ad easdem rite spectantibus et pertinere debentibus, sub ipsarum veris metis et antiquis limitibus, quibus hactenus rite et legitime tente fuerint et possesse premissis sic stantibus, dummodo eedem ad aliquod castrum, seu officiolatum regale non pertineant praefato Michaeli et per eum Simoni Gerhes de Zarvazo predicta ipsorumque heredibus et posteritatibus universis nove nostre donationis titulo dedimus, donavimus et contulimus, imo damus, donamus et conferimus jure perpetuo et irrevocabiliter, sub illis juribus et conditionibus, quibus ceteri nobiles in pre-tacto comitatu Maramarosiensi possessiones tenent et possident, tenendas, possidendas pariter et habendas salvo jure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante, quas dum nobis in specie fuerint reportate, in formam nostri privilegii redigi faciemus. Datum Bude feria quinta proxima post festum beati Valentini matris. Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo. Regnorum autem nostrorum A^o Hungarie decimo septimo Bohemie vero quarto³).

1) A nemes Danciu család mai nap is birtokos Kabolapatakon; ugyanott már 1429-ben is számosan voltak tulajdonosok, ez okból jelen adomány érvénynyel nem bírhatott.

2) A nemes Coteria család nevét őrzi a Szarvaszó mellett lévő Coterlésca patak és hasonnevű völgy.

3) Pergamenre írt, töredezett pecséttel ellátott eredetiből a vármegye levéltárában az üveges szekrényben. A pecsét alatt olvasható; „Relatio domini Ioannis Episcopi Varadiensis Cancellarii” másolatban található Dancs Stefan productionalis perében ugyanott III. 1783/46.

233.

1457. Február 22. Buda. V. László király rendelete Dolhay Ambrus és Szentmiklósi Jánoshoz, melyben eltiltja a lengyelországi és oroszországi ugynevezett Kuk só használatát, mint a máramarosi só forgalomba hozására és a kir. kincstárra nézve károst.

Ladislaus Dei gratia rex Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croacie etc. ac Austrie et Stirie dux nec non marchio Moravie etc. fidelibus nostris nobilibus Ambrosio de Dolha, et Iohanni de Senthmyklos salutem et gratiam, cum hactenus in salibus nostris Maramarosiensibus, ex introductione salium Polonicaium ac etiam aliorum salium de Ruscia vulgo Kwk in hoc regnum Hungarie utpote qui et cursum et vendicionem ipsorum salium Maramarosiensium impedire dicuntur, nosque camerasque nostras regias notabilia dampna suscepisse intelligamus. Igitur ne ampliora dampna exinde nobis eventant, decrevimus illos sales polonicales et de Ruscia, ubique in hoc regno nostro, et eius partibus, apud quoscunque repertos, per vos afferri et pro nostra maiestate teneri, fidelitati vestre mandamus, quatenus receptis presentibus, inhibeatis omnes homines huius regni nostri cuiuscunque status existent, palam et manifeste, ne de cetero cum talismodi extraneis salibus utantur, ex eorumque introductione cursum salium huius regni nostri impediānt quovismodo, alioquin huiusmodi sales polonicales et de Ruscia ubicunque et in quibuscunque locis apud quoscunque reperire poteritis, ab omnibus nemine curato irremissibiliter auferre, et pro nostra maiestate tenere debeatis, auctoritate nostra presentibus vobis in hac parte attributa mediante, secus non facturi. Datum Bude in festo Kathedre beati Petri Apostoli. Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo, regnorum autem nostrorum, Anno Hungarie etc. decimo septimo, Bohemie vero quarto.

A gr. Telekyek gyömrői levéltárából (El. XX. f. II. No. 26.) A só akkor is, az előtt is a kir. kamara jövedelmét képezte (lásd II. Endre király arany bulláját,) monopolizálták mint most.

234.

1457. Márczius 2. Buda. László király visszavonja és megsemmisíti a Simon huszti plébános és testvérei Pál és János a Huszti László fiai részére tett adományozást, mert Keselymező, az adományozott jószág a Bilkei Péter fia Miklós keneziatúsához tartozó Lipose és Herincse birtokok határai közt fekszik. Nevezett Miklós ezen birtokba beiktatandó.

Ladislaus Dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. rex Austrieque et Stirie dux, nec nen marchio Morauie etc. fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez salutem et graciam. Noveritis quod cum nos ad suplicationem Symonis plebani de Huszt per eum maiestati nostre porrectam, possessionem Keselewmezew vocatam in comitatu Maramorosiense existentem cum omnibus suis utilitatibus simul cum iure nostro regio si quod in eadem habuissemus eodem Symoni, nec non Paulo ac Iohanni filys Ladislai de eadem Huszt fratribus suis carnalibus in perpetuum contulissemus, sub illa tamen conditione ad castrum Huzth aut officiolatum ipsius comitatus non pertinet. Nicolausque de Bylke personaliter in nostre maiestatis personalem veniens presenciam, prefatum Symonem coram nobis ab impetracione dicte possessionis Keselewmezew nec non statuacione eiusdem, sibi et prefatis fratribus coram nostra maiestate publice prohibuerit. Mox idem Symon huiusmodi prohibicioni superse viribus . . . non admittere vellet sed racionem contradictionis dicti Nicolai in . . . eiusdem possessionis Keselewmezew facte, ue respondendo prehabitis ibidem jus suum ad literas nostras donacionales super eadem possessiōne pro se et dictis suis fratribus confectas referebat, prefatus Nicolaus de Bylke, ipsam possessionem Keselewmezew inter metas possessionum suarum Lypche et Haryncha adiacere referebat declaracionemque huiusmodi allegacionis sue quasdam duas literas et literalia instrumenta, unam condam comitis Symonis filij Nicolai de Rozgon Iudicis curie condam serenissimi principis domini Sigismundi Romanorum ac Hungarie etc. regis avy nostri in Wysegrad quadragesimo die octavarum festi beati Michaelis Archangeli tunc preteritarum anno domini millesimo quadringentesimo duodecimo emanatam, et alliam vestram super ipsis possessionibus Lypche et Haryncha anno Domini millesimo quadringentesimo nono confectam,

tenore aliarum literarumstrarum metalium super dictis possessionibus quinto decimo die festi beati Martini confessoris, dicte videlicet huiusmodi reambulationis metalis anno Domini millesimo quadringentesimo nono, in se continentem. Ex quarum prima videlicet predicti comitis Symonis, presente et audiente prefato Symone plebano evidenter declarabatur Kenesyatum dictarum possessionum Lypche et Harincha in comitatu Maramorosienſe existentium simul cum omnibus suis utilitatibus et pertinencys, sub certis servicys et censu regie Maiestati et consequenter ad dictum Castrum et officiolatum comitatus Maramorosienſis exhibendo, condam Sandrino filio Balicha de Bylke et Petro filio Stephani de eadem ipsorumque heredibus contra et adversus Petrum et Elyam filios Nicolai filij Stanislai de Wrmezew, suo modo aliter adjudicatum esse et fuisse, eosdemque Sandrinum et Petrum in dominium ipsius Kenesyatus ac cunctarum earum utilitatum et pertinenciarum introductos et eundem eis contradictione dictorum Petri et Elie et aliorum quorum libet non obstante, legitime statucione exstitisse. Altera vero videlicet vestra privilegialiter emanata continebat apertam metalem reambulationem et erectionem possessionum predictarum. Cum igitur nos ex pretactis literis coram nobis productis intelleximus predictam possessionem Keselewmezew cum suis pertinentys intra metas dictarum possessionum Lypche et Harincha, ex quibus nobis et consequenter ad predictum castrum nostrum Huth census et servicia exhiberi debent, partim vero inter metas alterius possessionis nostre ad ipsum castrum pertinentis Iza vocate de novo collocatam esse, ex eoque propter con in dicta nostra donacione prefata Simoni plebano facta expressa ipsam donacionem nostram nullius vigorem Id circo nos de consilio magistrorum prothonothariorum regni nostri in sede personalis nostre presencie in iudicio consedencium, donacionem nostram pretactam prefato Symoni plebano et fratribus suis factam et literas desuper confectas vanas et cassas fore possessionesque ante dictas Lypche et Harincha sub titulo Kenezatus supracti cum omnibus ipsarum utilitatibus et pertinencys metas et distinciones metales in dictis literis vestris consignatas prefato Nicolao filio supra dicti Petri de Bylke et fratribus suis ipsorumque heredibus de novo salvis pretactis iuribus nostris regalibus, statui debere committimus, fidelitati vestre firmiter praeciſiſendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Magister Mauricius de Ouar aut Gregorius Balog de Hanthoka vel Ioannes de Karachon

sive Ladislaus de Paka curie nostre notary alys absentibus homo noster de curia nostra regia ad id specialiter transmissus, ad facies dictarum possessionum Lypche et Haryncha vicinis et commetaneis earundem convocatis accedendo, reambulet easdem metas et distinctiones metarum in dictis litteris expressas, reambulatasque cum cunctis suis utilitatibus et pertinencys statuatur et committat prenotato Nicolao de Bylke et suis fratribus ac eorundem heredibus premisso iure eis incumbenti, perpetuo possidendas contradictione prefati Symonis plebani et fratrum suorum predictorum non obstante. Et post hec huiusmodi reambulacionis et statucionis seriem, ut fuerit expediens, ad octavas festi Beati Georgy Martiris proxime venturi nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude feria quarta in die scilicet cinerum. Anno Domini M^o CCCC^o L^o septimo Anno Hungarie Bohemie vero quarto

Papirra lrt, pecséttel ellátott eredetiből, Gorzó Bálint levéltárában Komlóson. Másolat Petrovay Györgytől.

235.

1457. Bécs. László király rendelete a vármegye tisztikarához az iránt, hogy Bilkei Miklóst és testvéreit oltalmukba vegyék Urmezei János ellen, ki őket Lipcse, Herincse, Berezna, Ökörmező, Ripinye, Kelecsen és Vízköz (Szolyma) birtokaikban különböző módon háborgatja.

Commissio Domini Regis.

Ladislaus Dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. rex ac Austrie et Stirie dux necnon marchio Moraue etc. Fidelibus nostris egregio Ladislao de Wpor comiti eiusque vicecomitibus et iudicibus nobilium comitatus Maramorosiensis salutem et gratiam, exponitur nobis in personis fidelium nostrorum Nicolai, Michaelis et Stephani de Bylke, item Sandrini, Stephani, Johannis et alterius Iohannis de eadem Bylke querulose, quod ipsos Johannes de Wrmezew in possessionibus ipsorum Lipse, Herincze, Berezna, Ekermezew, Rypina, Keleczen et Wyzkez vocatis, in eodem comitatu habitis minus iuste et indebite nimium impediret turbaretque et diversi

modo vexaret, in futurumque vexare et impedire niteretur, In eorumdem exponentium præiudicium atque dampnum. Supplicatum itaque extitit maiestati nostre pro parte eorumdem exponencium ut eis a premissa de remedio providere dignaremur gracioso, et quia nos ipsos exponentes simul cum pretactis ipsorum possessionibus et juribus possessionarys rebusque et bonis quibusvis Justis utputa et legitimis in nostram regiam recepimus patrociniū et tutelam specialem viteque nostre maiestatis persone vestro commisimus tuicioni, Igitur fidelitati vestrę presentibus strictissime mandamus quatenus, a modo deinceps pretactos exponentes in pretactis ipsorum possessionibus et Juribus possessionarys rebusque et bonis quibusvis Justis ut prefetur et legitimis contra quoslibet illegitimos eorum impetitores et presertim antefatum Johannem de Wrmezew tueri et manutenere itis in persona et auctoritate nostrą presentibus vobis in hac parte attribui secus facere non ausuri. Presentibus perlectis exhibenti restituti. Datum Wyenne die dominica proxima te Anno domini Millesimo Quadringentesimo quinquagesimo Septimo regnorum nostrorum, decimo octavo Bohemie vero quarto.

Papíra irt, pecséttel ellátott eredetiből Gorzó Bálint levéltárában Komlóson. Másolat Petrovay Györgytől.

236.

1457. November 9. Szigeth. Itélet levél, melynél fogva a hosszumezei polgárok azért, mert Szarvasszót, Szaploneczát és Apsát fegyveres kézzel többször megtámadták, sok kárt okoztak, Sz. Mihály monostorától 24 marhát elhajtottak, Apsa határáról szénával terhelt két szekeret és négy ökröt elvettek, 100 budai márka megfizetésében marasztaltattak: továbbá Deák Miklós hosszumezei bíró egy általa megölt szarvaszói jobbágy vérdíjának 25 arany forintnak megfizetésére köteleztetett.

Nos Ladislaus de Wpor et Michael de Pesthyen, comitatus Maramarusiensis comites memorie commendamus per presentes. Quod cum nos tercia feria proxima ante festum beati Martini episcopi in

oppido Zygeth in sede nostra iudiciaria pro faciendis causancium iudicio unacum nobilibus terre Maramarosiensis fuisset constituti, tunc e medio aliorum causidicorum exurgens nobilis vir Petrus Gerhes dictus de Zarwazo in sua et aliorum fratrum suorum condivisionalium in personis exhibuit nobis quasdam literas regie maiestatis preceptionales patenter emanatas, in quibus nobis seriose precipiebatur, quod nos universas lites et discordias, que a temporibus dywturnis inter predictum Petrum Gerhes de Zarwazo prescripta et suos fratres parte ab una, ex altera vero iudicem, iuratos ceterosque cives et hospites de Hosswezew ratione quarumdam terrarum litigiosarum utputa arabillum, fenillum, pratorum ac eciam ereccionis novarum metarum, mote fuissent et exorte, sua serenitatis auctoritate nobis in premissis concessa fideliter adiudicaremus partes inter prescriptas, ipsosque in eorum iuribus conservare et protegere deberemus. Nos igitur preceptis et mandatis dicte regie dignitatis ut tenemur obedire cupientes fideliter, una cum memoratis nobilibus dicti Maramarosiensis nec non et aliorum comitatum iudicibusque et iuratis civibus liberorum oppidorum in dicto Maramarosio existencium, parcium prescriptarum allegacionibus et proposicionibus auditis, visis eciam et exauditis iuribus et legitimis documentis eorundem, premissas causas partes inter prescriptas una cum eisdem nobilibus iudicibus et iuratis ceterisque civibus prescriptis, sic adiudicandum, discernendum decrevimus, Quod ex quo annotati iudices iurati ceterique cives et hospites de Hosswezew predicta, sepe sepiusque ad metas ipsorum exponencium videlicet ad possessiones Zarwazo, Zaploncza et Apsa vocatas eorum mediante potencia manibus armatis accessissent in eisdemque prescriptis exponentibus iniurias, nocumenta, gravamina, dampna, quamplura contulissent, primo quod de claustro sancti Michaelis viginti quatuor pecora et pecudes portassent et recepissent, et quod duos currus cum feno oneratos cum quatuor bobus de metis possessionis Apsa similiter recepissent, annotati cives dictis exponentibus dictas viginti quatuor pecudes et duos currus cum bobus quatuor ablatos persolvere et reddere teneantur, et pro facto binarie potencie nove in centum marcis Bwdensibus gravi ponderis convincantur. Et quod Nicolaus Deak dictus iuratus iudex de Hosswezew prescripta similiter manibus armatis ad possessionem Zarwazo accessisset, ibique inter metas possessionis eiusdem cum ceteris suis concivibus ac sodalibus unum iobagionem memoratorum exponencium interfecisset, commisimus iudicandum quod ex quo prescripti iudices, iurati et ceteri cives de dicta

Hosswmezew pro ipso Nicola Deak non responderunt, idem Nicolaus Deak pro homagio iobagonis eorumdem exponencium more ipsorum rusticorum viginti quinque florenos auri deponere et persolvere teneatur, et quod prescripti cives de Hosswmezew dictam mortem ex consilio ipsorum ipsum Nicolaum Deak fecisse negaverunt, cum personis viginti quinque se super id expurgare debeant. Et quod sepius idem Petrus Gerhes de dicta Zarwazo proponebat, quod antelati cives de Hosswmezew fenum de metis sew territorio possessionis eorumdem exponencium recepissent et falcatores ipsorum verberassent, spoliassent ibidem iuramento se expurgare idem cives contra exponentes pro eo, quod fecisse negaverunt, teneantur. In super autem in persona dicte regie maiestatis auctoritate nobis premissis modo concessa, iudicium commisimus partibus predictis vinculo tali mediante, quod quacunque pars non contenta auso temerario premissam iam iudicatam causam moveret, tunc illa pars contra aliam in quinquaginta marcis Bwdensibus similiter gravi ponderis et capite vincatur proprio eo facto, ad quod se partes ambe coram nobis firmiter obligarunt sponte, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in Zygeth quarta feria proxima ante festum beati Martini Episcopi et confessoris. Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo.

Papirra irt, öt pecséttel ellátott eredetiből.

237.

1457. November 23. Szigeth. A vármegye tisztikara bizonyoságot tesz arról, hogy Ezeni Gergely és társa alispánok Niresre menvén, ottani Dragus javait elvinni szándékoztak. Ennek Dragus és Gyulafalvi Ficze György ellenállván Ezeni Gergely alispánt megölték. E miatt a törvényszéken vizsgálat tartatván, miután az alispánok ítélettel el nem döntött ügyben igazságtalanul jártak el, vádlottak a vád alól felmentettek.

Nos Valentinus Zakay, Bartholomeus Nag vicecomites terre Maromorosensis, necnon Petrus Gurhes, Ladislaus de Slatina, Michael

de Farkasrev et Michael Ficze iudices nobilium terre Maramorosiensis significamus universis tenore presentium omnibus quibus expedit memorie commendantes, quod temporibus retroactis familiares nobilium virorum Stephani Erdeli necnon Angelo protunc comites Maramorosiensis, Gregorius Ezeni cum suo socio vicecomite insurgentes et exeuntes ad provinciam et ad villam Nyres vocatam absque iudice nobilium ad causam seu opus iniudicatum, res et bona cuiusdam nobilis Dragus vocati de predicta Nyres auferentes predictosque Gregorium (Ezeni) et suum socium vice comites Georgius Ficze de Gywlafalwa necnon Dragus de prefata Nyres requirentes causam, cur res et bona auferrent, ipsique Gregorius Ezeni necnon eius socius hoc non advertentes, ipsique Georgius Ficze de Gywlafalva necnon Dragus de Nyres, volentes recipere res ablatas, contingit ut idem Gregorius Ezeni protunc vicecomes per eosdem occisus et interfectus est. Nos puta Valentinus Zakay, Bartholomeus Nagi necnon iudices nobilium prenotati prefatos puta Georgium necnon Dragus coram nobis evocantes, rationemque ab ipsis inquirentes et scrutantes, cur prefatum vicecomitem occiderunt, prefatamque causam simul cum nostris pro tribunali consedentibus taliter decrevimus (libere). Quia exquo ipsi prenotati comites causam iniudicatum et iniustam ventilassent, ideo quic ipsis contingit per coram ipsis adinvenerunt, prefatosque Georgium necnon Dragus absque crimine invenimus. Ideo presentibus ipsos de factis prefatis eliberamus expediturque eos coram vicecomitibus et iudicum nobilibus (sic). In cuius rei testimonium presentes sigillo nostro corroboravimus. Scripta in Zygeth feria tertia in festo Clementis pape. Anno M^o CCCC^o quinquagesimo septimo.

Jura Lajos ügyvédnél volt három töredezett pecséttel ellátott eredetiből másolta és velem közölte Szilágyi István igazgató.

238.

1458. Februar 28. Wpor László máramarosi főispán és négy szolgabíró igazolják, hogy László király rendelete folytán megvizsgálták a Hosszmező városiak ellen felmerült peres ügyet, és tekintettel mindkét fél bizonyítékira, az Apsa közelében lévő és Sz.-Mihály archangyalról nevezett monostor Kalugyerét Simont, továbbá Szarvasszói Gerhes Pétert és Apsai Tamást a per bevégeztéig a vitás terület birtokába behelyezték.

Nos Ladislaus de Wpor comes Maramarosiensis et quatuor iudices nobilium comitatus eiusdem memorie commendamus per presentes, quod nos iuxta continenciam literarum serenissimi principis domini Ladislai regis Hungarie recomendacionis scilicet domini nostri generosi causam quam Petrus Gerhes de Zarwazo et Thomas de Apsa necnon religiosus frater Symon Kalugyr in claustrum beati Michaelis Archangeli prope possessionem Apsa degens, Iohannes Bank, Michael et Lucas de Zarwazo contra iudicem, iuratos ceterosque cives de Hosszmezew in dicto Maramarusio commorantes racione quarundam terrarum arabilium, silvarum, pratorum fenilium inter metas possessionum Zarwazo et Zaploncza vocatarum, existencium et adiacencium, per reambulacionem metarum prescriptas metas partes inter prescriptas rectificare debemus, et illam partem qua evidenciora documenta et legitimas comprobaciones efficaciones iuxta sua iura privilegialia exhibere et habere dinosceretur in dominio dictarum metarum et terrarum litigiosarum conservare et relinquere deberemus. Nos itaque mandatis dicti domini nostri regis ut tenemur obidere cupientes, ad facies dictarum possessionum Zarwazo, Apsa et Zaploncza vocatarum ac dicti oppidi Hosszmezew pro rectificacione dictarum metarum cum nonnullis nobilibus Maramarosiensibus accessimus, visis ambarum parcium iuribus ac contenta iurium et privilegialium antefatos Symonem Kalugyr¹⁾ et nobiles Petrum Gerhes de Zarwazo, Thomam de Apsa²⁾ ceterosque prescriptos in dominio dictarum terrarum litigiosarum utputa arabilium, silvarum, pratorum fenilium inter dictas metas adiacencium commisimus relinquendos interi m, quousque ipsa causa in presencia regie Maiestatis fuerit sine decisivo assecuta. Harum nostrarum literarum vigore et testimonio mediante. Datum in Zygeth feria tertia proxima

post dominicam Reminiscere. Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo.³⁾

¹⁾ A Duliskovics J. által (i. m. II. k. 68. lapján) hivatolt más oklevél szerint ezen Kaluger Szilágyi Simon név alatt említették.

²⁾ Hogy Tamás melyik Apsára való volt? tudva nincs. 1525-ben több más közép-apsai nemesek közt találjuk Mihál Tamast is, perlekedve a Dolhai Péter örökösével a Kókényesi és Kirvai határok felé eső bizonyos erdők miatt. (Lelesz Prot. H. p. 412. Act. Anni 1525. No 38. foli.)

³⁾ Papirra irt és öt pecséttel ellátott eredetiből.

239.

1458. Majus 10. Buda. Mátyás király az atyja Hunyadi János ország kormányzója által 1448. junius 3-án Irholczi Mihály és Bogdán részére Karácsonfalva, Bocskó és Lonka iránt adott adomány levelet megerősítve újból kiadja, s ezen felül az azokban netalán lappangó királyi jogot is nekik adományozza.

Commissio propria domini Regis.

Nos Mathias Dei gracia rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis Quod venientes nostri in presenciam fideles nostri Michael filius condam Thathwl de Ilholcz et Bogdan de eadem exhibuerunt et presentaverunt nobis quasdam literas donationales condam illustris principis domini Iohannis de Hunijad, alias regni nostri Hungarie gubernatoris genitoris nostri carissimi, patenter confectas, sigilloque suo quo tunc uti gubernator eiusdem regni nostri Hungarie utebatur impresse consignatas, quibus mediantibus idem possessiones Karathonfalva, Bothko et Lompka vocatas in comitatu Maromorosiensis habitas eisdem Michaeli Thathwl et Bogdan pro eorum fidelibus servicijs Auctoritate sue Gubernacionis contulisse dinoscitur tenoris Infrascripti, supplicantes nostre maiestati humili prece et devota ut easdem literas prefati ipsius condam domini gubernatoris ratas gratas et acceptas habendo literis nostris privilegialibus verbotenus inseri et inscribi faciendo huiusmodi donacioni cunctisque alijs in ipsis literis ipsius condam domini Gubernatoris genitoris nostri contentis, nostrum regium consen-

sum prebere dignemur. Quarum tenor talis est. Nos Iohannes de Hunyad regni Hungarie Gubernator etc. (vide sub No 196.) Nos igitur supplicacionibus antefatorum Michaelis Thathwl et Bogdan per eos maiestati nostre, modo quo premittitur porrectis regia benignitate exauditis clementer et admissis, prescriptas literas donacionales prefati condam domini Iohannis gubernatoris, non abrasas non cancellatas nec in aliqua sui parte suspectas de verbo ad verbum sine diminucione et augmento aliquali, presentibus literis nostris privilegialibus insertas, quoad omnes earum continencias, clausulas et articulos eatenus quatenus eodem rite et legitime existunt emanate, viresque earum veritati suffragantur ratas, gratas et acceptas habendo prefate donacioni et omnibus superius in tenore ipsarum literarum condam genitoris nostri contentis nostrum regium consensum prebuimus ymmo prebemus benevolum pariter et assensum, et nichilominus attentis et consideratis fidelitatibus et fidelium servitorum gratuitis meritis eorundem Michaelis Thathwl et Bogdan per ipsos nobis exhibitis et impensis totum et omne lus nostrum regium si quod in dictis possessionibus Karathonfalwa, Bothko et Lompka in dicto comitatu Maromorosiensis existentibus, nunc apud manus eorundem pacifice videlicet habitis qualitercumque haberemus aut nostram ex quibusvis causis et rationibus concerneret maiestatem simulcum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinencijs quibuslibet videlicet terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis et pascuis, campis, fenetis, siluis, nemoribus, rubetis, virgultis, montibus, alpibus, vallibus, vineis vinearumque promontorijs, aquis, fluvijs, piscinis, piscaturis aquarum decursibus, molendinis et molendinorum locis, et generaliter quarumlibet utilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus, quouis nominis vocabulo vocitatis sub earum veris metis et antiquis premissis sic ut prefertur stantibus et se habentibus, memoratis Michaeli Thathwl et Bogdan ipsorumque heredibus et posteritatibus universis ex certa nostra sciencia dedimus donavimus et contulimus, ijmo damus donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas possidendas pariter et habendas salvo iure alieno harum nostrarum quibus secretum sigillum nostrum, quo ut rex Hungarie utimur appensum est vigore et testimonio literarum mediante. Datum Bude feria quarta proxima ante festum ascensionis domini. Anno eiusdem millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo.

240.

1458. Május 10. Buda. A leleszi convent tanusítja hogy Corvin Mátyás király rendelete folytán, Irholezi Thatul fiát Mihályt és Bogdánt Booskó és Lonka helységek egész, valamint Karácsonfalva fele része birtokába s az ottani királyi jogba augustus 9-én ellenmondás nélkül beiktatta.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentium noticiam habituris Blasius prepositus et conuentus ecclesie sancte crucis de Lelesz salutem in omnium salvatore, ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, Quod nos literas serenissimi principis domini Mathie Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. regis domini nostri graciousissimi introductorias et statutorias nobis directas summo cum honore recepimus in hec verba. Mathias Dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. fidelibus nostris conuentui ecclesie sancte crucis de Lelesz salutem et gratiam. Cum nos attentis et consideratis fidelitibus et fidelibus servicijs fidelis nostri Michaelis filij Thathwl de Ilholtz per eum primum sacre dicti regni nostri Hungarie corone et tandem maiestati nostre fideliter et constanter exhibitis impensis, possessiones Bothco, Karachonffalwa et Lonca vocatas in comitatu Maramorosiensi existentes, in quarum pacifico dominio idem Michael se ab antiquo prestitisse et persistere asserit eciam de presenti, item totum et omne lus nostrum regium si quod in eisdem possessionibus qualitercunque haberemus aut nostram ex quibuscunque causis vijs modis et rationibus concerneret maiestatem, simul cum cunctis earundem et eiusdem utilitatibus et pertinencijs quibuslibet, premissis sic ut prefertur stantibus et se habentibus memorato Michaeli de Ilholtz suisque heredibus et posteritatibus universis vigore aliarum literarum nostrarum donacionalium exinde confectarum in perpetuum contulerimus, velimusque eundem in dominium earundem et eiusdem iuris nostri regij per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci, super quo fidelitati vestre firmiter precipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Bogdan de Zowaj, aut Stephanus de Lypse, necnon Michael de Pethrowa alijs absentibus homo noster ad facies dictarum possessionum Bothco, Karachonfalwa et Lonca consequenterque dicti iuris nostri regij in eisdem habiti vicinis et commetaneijs earundem universis inibi

legittime convocatis et presentibus accedendo, introducat memoratum Michaellem filium Thathwl de dicta Iholtz in dominium earundem et eiusdem, Statuatque easdem et idem eisdem simul cum cunctis earundem et eiusdem utilitatibus et pertinentijs quibuslibet, premissis nove nostre donacionis titulo perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet eosdem contra annotatum Michaellem filium Thathwl exponentem ad terminum competentem nostram personalem in presentiam rationem contradiccionis eorum reddituros, et post hec huiusmodi introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premissis statucioni intererunt, nominibus terminoque assignato nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude feria quarta proxima ante festum Ascensionis domini. Anno eiusdem millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo. Nos igitur preceptis et mandatis annotati domini nostri regis obedire cupientes vt tenemur . . . prefato Bogdan de Zowaj homine eiusdem domini nostri regis unum ex nobis videlicet fratrem Andream presbiterum priorem ecclesie nostre antedictae ad infrascriptas introduccionem et statucionem faciendas nostro pro testimonio duximus . . . Qui tandem exinde ad nos reversi nobis consona voce retulerunt, Quod ipsi feria quarta proxima ante festum Assumptionis beate Marie virginis proxime preteritum ad faciem dictarum possessionum Bothko, Karathonffalwa et Lonka vocatarum consequenter iuris Regij in eisdem habiti, vicinis et commetaneis earundem universis videlicet Nicolao de Bede, Iohanne de Weresmarth, et Michaelle Nan de Zlathijna inibi legitime convocatis et presentibus accedentes, introduxissent prefatum Michaellem filium Thathwl in dominium dictarum possessionum Bothko et Lonka ac medietatis ipsius possessionis Karathonffalwa necnon iuris regij in eisdem habiti, statuissentque easdem et idem eidem premissis nove donacionis titulo sibi incumbente perpetuo possidendum, nullo penitus contradictore inibi apparente, In quarum faciebus legitimis et consuetis diebus permanserunt, in cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas eidem Michaeli filio Thathwl duximus concedendas. Datum sedecimo die diei introduccionis et statucionis predictarum. Anno domini prenotato.

241.

1458. Május 10. Buda. Corvin Mátyás király rendelete az iránt, hogy Irholezi Thatul Mihály és Irholezi Bogdán Karácsonfalva, Bocskó és Lonka birtokokba, melyek részökre Hunyadi János ország kormányzója által adományoztattak, beiktattassanak. A király megerősítvén édes atyja adományát, nevezetteknek adományozza még az ezen jószágokhoz támasztható királyi jogokat is. A beiktatás Bocskó és Lonkára nézve ellenmondás nélkül történik, Karácsonfalvára nézve azonban és az arra vonatkozó királyi jogra nézve Apsai Tamás ellenmond.

Mathias Dei gratia rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelez salutem et gratiam. Cum nos donationi illi, quam alias quondam illustris princeps Dominus Ioannes de Hunyad alias regni nostri Hungariae gubernator, genitor noster carissimus fidelibus nostris Michaeli filio Thathwl de Iiholcz et Bogdan de eadem pro fidelibus serviciis eorundem de possessionibus Karachonfalva Bachko et Lonka vocatis in comitatu Maramorosieni existentibus et habitis, mediantibus suis literis superinde confectis, fecisse dinoscitur, nostrum regium consensum praebuimus, nichilominus attentis et consideratis fidelitatis et fidelium servitiorum gratuiti meritis eorundem Michaelis Thathwl¹⁾ et Bogdan per ipsos nobis exhibitis et impensis totum et omne jus nostrum regium, si quod in dictis possessionibus Karachonfalva, Bachko et Lonka vocatis in dicto comitatu Maramorosieni existentibus, nunc apud manus eorundem pacifice, ut dicitur, habitis qualitercunque haberemus, aut nostram ex quibuscunque causis et rationibus concerneret majestatem, simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, praemissis sic ut refertur stantibus et se habentibus, memoratis Michaeli Thathwl et Bogdan, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis, vigore aliarum litterarum nostrarum exinde confectarum, ex certa nostra scientia in perpetuum contulerimus, velimusque ipsos in dominium earundem et dicti juris nostri regii in eisdem habiti per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci. Fidelitati igitur vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo praesente Sandrinus de Uglya, vel Stephanus sin Iohannes de Lypse, aut Bogdan de Negova, aliis absentibus homo noster ad facies

dictarum possessionum Karachonfalva, Bachko et Lonka, consequenterque dicti iuris nostri regii in eisdem habiti, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat praefatos Michaellem Thathwl et Bogdan in dominium earundem et dicti iuris nostri regii in eisdem habiti, statuaturque easdem eisdem simul cum cunctis Ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, praemissae nostrae donationis titulo ipsis incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum. Contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra annotatos Michaellem Thathwl et Bogdan nostram personalem in praesentiam, ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros, et post haec hujusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum qui praemissae statutioni intererunt nominibus, terminoque assignato eidem nostrae personali praesentiae fideliter rescribatis. Datum Budae feria quarta proxima ante festum ascensionis Domini. Anno ejusdem millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo. Lecta. Fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelez, pro Michaelle filio Thathwl de Ilholcz, et Bogdan de eadem Introductoria et statutoria. Nos igitur mandatis vestrae serenitatis etc. unacum praefato Bogdan de Negova homine vestrae majestatis unum ex nobis videlicet Andream presbyterum priorem ecclesiae nostrae antedictae, ad praemissa fideliter peragenda, nostro pro testimonio duximus destinandum qui tandem etc. quod ipsi in festo natiuitatis beatae Mariae virginis proxime praeterito ad facies praenominatarum possessionum Karachonfalva, Bochko et Lonka vocatarum, consequenterque dicti iuris regii in eisdem habiti, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accessissent, cumque ipsi praefatos Michaellem Thathwl et Bogdan de Ilholcz in dominium praemissae possessionis Karachonfalva ac iuris regii introducere, easdemque et idem eisdem cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet praemissae donationis titulo ipsius domini nostri regis ipsis incumbentibus perpetuo possidendas statuere voluissent, tunc Thomas de Apsa illic personaliter adhaerendo ipsos a statutione dictae possessionis Karachonfalva tantum modo ac dicti iuris regii eisdem Michaeli contradicen propter quod ipsi ibidem et eodem die praefatum Thomam de Apsa contra annotatos Michaellem filium Thathwl de Ilholcz ac Bogdan de eadem ad octavas festi Beati Michaelis nunc venturas vestrae sublimitatis personalem evocassent in praesentiam,

rationem contradictionis suae redditurum. Datum quinto die diei evocationis etc².)

¹) A XV. században kezdődik a vezeték nevek használata; itt látunk egy példát arra, hogy az apának keresztnéve, a fiúnak vezeték nevévé válik: Irholczi Tatul fia Tatul Mihály név alatt fordul elő.

²) Leleszi Convent (Statutoriarum I. No 107.)

242.

1458. Május 29. Buda. Corvin Mátyás király új adomány cziméj Konyhai Simonnak, testvérének Jánosnak és hasonnevű unokatestvérének adományozza a Konyhai birtok keneziatusát, melyet nevezett Simon és elődei is birtak, oly kikötéssel, hogy adományosok évenként a huszti várba 25. herbécset szolgáltatassanak éllelmezésül.

Nos Mathias Dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis. Quod nos tum ad nonnullorum fidelium nostrorum humillime supplicacionis instantiam nostre propterea porrecte maiestati, tum etenim consideratis fidelitatibus et fidelium serviciorum gratuitis meritis fidelium nostrorum Symonis de Kohnya ac Iohannis carnalis et alterius Iohannis patruelis, fratrum eiusdem Symonis de dicta Kohnya, per eos uti didicimus primum nostre maiestati, tandemque sacre Hungarie regni huius nostri corone, iuxta eorum possibilitatis exigentiam exhibitis et impensis, Kenesiatum dicte possessionis Kohnya in comitatu Maramorosieni existentis et habite, in cuius pacifico dominio idem Symon progenitores suos ab antiquo prestitisse, seque et prefatos Iohannem carnalem et alterum Iohannem patruelem fratres suos persistere asserit eciam de presenti, simul cum cunctis ipsius Kenesiatus utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, videlicet terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, fenetis, pascuis, silvis, nemoribus, Alpibus, serviciis et pertinenciis suarum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, ad ipsum Kenesiatum rite et legitime spectantibus, premissis sic ut prefertur stantibus et se habentibus, prefatis Symoni de dicta Kohnya ac Iohanni carnali, et alteri Iohanni patrueli fratribus suis, ipsorumque

heredibus et posteritatibus universis, nove nostre donacionis titulo dedimus, donavimus et contulimus, ymo damus donamus et conferimus, lure perpetuo, possidendum, tenendum pariter et habendum. Salvo lure alieno. Sub illa tamen condicione ut ydem Symon et uterque Iohannes fratres sui, ipsorumque heredes et posteritates universe in qualibet annorum revolucione viginti quinque oves sew castrones vulgo Berbech¹⁾ ad castrum nostrum Hwzt pro victualibus eiusdem castri nostri dare debeant et teneantur.²⁾ Harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas in formam nostri privilegy redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Bude feria secunda proxima post festum sancte Trinitatis. Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo.³⁾

Relatio Domini Episcopi Varadiensis.

1) Castro=berbécs=ürü.

2) Mikép innen is látható a kenesiatus ép oly módon adományoztatott, miként a nemesi birtok, egyedüli különbséget képez a „servitiis“ kifejezés, mely más adományokban elő nem fordul és mely valószínűleg azon specialis adozást jelenti, melynek a románok általában alávetve voltak és mely a „quinquagesima“-ból, vagyis a gazdasági termények egy ötvened részéből állott; ezen adó fejében lett megállapítva a 25-ürü beszolgáltatása.

3) Pergamenre írt pecséttel ellátott eredetiből Dr. Máris Illés ügyvédnél.

243.

1458. Május 30. Buda. Corvin Mátyás király parancsára Konyhai Simon, testvére János hasonnevű unokatestvére és nővére Elena a Manaila hitvese ellenmondás nélkül beiktattnak a konyhai kenesiatus birtokába.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentium noticiam habituris Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte Crucis de Lelez salutem in omnium Salvatore, Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas serenissimi principis domini Mathie Dei gracia regis Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. statutorias nobis directas honore et reverencia quibus decuit recepimus in hec verba, (Mathias Dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. fidelibus nostris conventui de Lelez salutem et gratiam. Cum

nos tum ad nonnullorum fidelium nostrorum humillime supplicationis instanciam, nostre propterea porrecte maiestati, tum etenim consideratis fidelitatibus et fidelium servitorum gratuitis meritis fidelium nostrorum Symonis de Kohnya, ac Iohannis carnalis, et alterius Iohannis patruelis fratrum eiusdem Symonis de dicta Kohnya per eos, uti didicimus, primum nostre maiestati, tandemque sacre huius regni nostri Hungarie corone juxta eorum possibilitatis exigenciam exhibitis et impensis, Kenesiatum dicte possessionis Kohnya in comitatu Maromorosiensi existentis et habite, in cuius pacifico dominio Idem Symon progenitores suos ab antiquo perstitisse, seque ac prefatos Iohannem carnalem, et alterum Iohannem patruelem fratres suos persistere asserit etiam de presenti, simul cum cunctis ipsius Kenesiatus utilitatibus et pertinencys quibuslibet necnon Alpibus videlicet Papodya ac Chercken et Fyntha nominatis, premissisque sic ut prefertur stantibus et se habentibus, prefatis Symoni de dicta Kohnya, ac Iohanni carnali, et alteri Iohanni patrueli fratribus, per eosdem domine Elene consorti Manayla de predicta Kohnya sorori, suis ipsorumque heredibus et posteritatibus universis vigore aliarum literarum nostrarum donacionalium, nove nostre donacionis titulo contulerimus, velimusque eosdem in dominium Kenesiatus predicti per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci, super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Michael vel Ladislaus de Krisfalwa, aut Nicolaus de Kewelligeth, sive Ivasko de Iody seu Symon de Zarwazo, sive Gorzo de dicta Iody, aut Iohannes de Apsa alys absentibus, homo noster, ad facies predictae possessionis Kohnya, consequenterque dicti Kenesiatus in eadem habiti, vicinis et commetaneis eiusdem inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatos Symonem et utrosque Iohannem ac dominam Elenam in dominium eiusdem, statuaturque eundem eisdem premissis nostre nove donacionis titulo ipsis incumbentem, perpetuo possidendum, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet eosdem contra annotatos Symonem ac utrosque Iohannem et dominam Elenam, ad terminum competentem, nostram personalem in presenciam, rationem contradiccionis eorum reddituros efficacem, et post hec huiusmodi introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premissis statucioni intererunt nominibus, terminoque assignato, eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude feria tertia proxima

post festum sancte Trinitatis. Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo.) Nos igitur preceptis et mandatis dicti domini nostri regis satis facere volentes, ut tenemur, una cum prefato Iohanne de Apsa, homine ipsius domini regis unum ex nobis videlicet fratrem Andream presbiterum priorem ecclesie nostre antedecte, ad premissa fideliter peragenda nostro pro testimonio transmisimus fidedignum, qui tandem exinde ad nos reversi, nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi feria secunda proxima post festum beati Egidi Abbatis proxime preteritum, ad facies dicte possessionis Kohnya vocate, comitatu in prescripto existentis et habite, consequenterque dicti Kenesiatus, vicinis et commetaneis eiusdem videlicet Sandrino et Iohanne de Iood, ac Georgio Peterman de Sayo inibi legitime convocatis et presentibus accessissent, in cuius facie legitimis et consuetis diebus permanendo, prefatosque Symonem et utrosque Iohannem de Kohnya, ac dominam Elenam, sororem eorumdem, in dominium eiusdem Kenesiatus, 1) introducentes, eundemque eisdem premissis dicti domini nostri regis, nove donacionis titulo ipsis incumbentem, statuissent perpetuo possidendum, nullo contradictore inibi apparente. In cuius rei memoriam, stabilitatemque perennem presentes literas nostras privilegiales sigilli nostri appensione munimine roboratas duximus concedendas. Datum sedecimo die diei Introduccionis et statucionis antedictarum. Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo supradicto. 2)

1) Miután az adomány beiktatással, melynél ellenmondás fel nem merült, (statutio pura) jogérvényre emelkedett, az itt szóban forgó beiktatásnál látjuk, hogy a „dominium kenesiatus“ ép úgy képezte a beiktatás tárgyát, miként a „dominium possessionis“.

2) Pergamenre irt és függő pecséttel ellátott eredetiből dr. Máris Illés ügyvédnél.

244.

1458. Julius 22. Buda. Corvin Mátyás király rendelete a Leleszi conventhez az iránt, hogy vizsgálat tartassék Sajói Peterman György panasza felett Sajói Dunka, Szarvasszói Vanahogka, Sandrin és Osztás, Dragomérfalvi Tivadar és Fejérfalvi Costa ellen, kik Sajó, Polyána és Szlatinka birtokok két részét s egy nemesi curia szántóföldjeit és rétjeit elfoglalták.

Mathias Dei gratia rex Hungariae, Dalmatie, Croatiae etc. fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelesz salutem et gratiam. Exponitur nostrae maiestati in persona fidelis nostri Georgii Petherman de Sayo, quomodo Dwnka¹⁾ de Sayo praedicta, Sandrinus, Vanahogka, et Hostaas²⁾ de Zarvazo ac Thiwadar de Dragomerfalva nec non Koztha de Feyerfalw duas partes possessionis Sayo praedictae, ac possessiones Payanfalwa et Slathanyfalwa pro se ipsis occupassent, occupatasque tenerent etiam de praesenti, praeterea circa festum beati Iacobi apostoli proxime praeteriti certam particulam terrarum arabillum, et pratorum ad curiam suae nobilitatis spectantem occupassent, potentia mediante, in praeiudicium et damnum dicti exponentis valde magnum. Super quo fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Iohannes Thorkos³⁾ de Dragomerthfalva, vel Gorzo de Jod, aut Nicolaus de Vysay; aliis absentibus homo noster scita prius praemissorum mera veritate, accedendo ad praefatum Dwnka de Sayo praescripta et alios supradictos, amoneat eosdem, dicatque et committat eisdem verbo nostro regio, ut ipsi infra quindecim dierum spatio, a die huiusmodi amonitionis computando, dicto exponenti praescriptas possessiones et partes dictae possessionis, ac terras arabiles et prata modo praemisso occupatas remittere debeant et teneantur, quod si fecerint bene quidem, alioquin evocet eosdem contra annotatum exponentem personaliter, et non per procuratores, nostram in praesentiam personalem ad vigesimum diem festi beati Michaelis Archangeli proxime venturi, rationem praemissorum reddituros efficacem, litis pendentia, si qua foret inter ipsos non obstante, insinuans ibidem eisden, ut sive ipsi termino in praedicto coram eadem nostra personali praesentia compareant, sive non, eadem nostra personalis praesentia, ad partis comparentis

instantiam absque ulteriori prorogationis confidentia, id faciet in praemissis, quod iuri videbitur expediri. Et post haec huiusmodi inquisitionis, amonitionis, evocationis et insinuationis seriem cum nominibus evocatorum, terminum ad praedictum, ut fuerit expediens, eidem nostrae personali praesentiae fideliter rescribatis. Datum Budae in festo beatae Mariae Magdalenae. Anno Domini millessimo quadringentesimo quinquagesimo octavo. Lecta. Fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelesz, pro Georgio Peitherman de Sayo contra Dwnka de eadem et alios intrascriptos ad vigesimum diem festi beati Michaelis Archangeli nunc venturi. Inquisitoria, amonitoria, evocatoria, et Insinuatoria. *Synopsis relationis.* Regius Johannes de Apsa, noster frater Andreas prior suo modo in comitatu Maramarosiensi, ac die Dominico post Aegidium ibidem in Sayo per Dwnka ammonuissent, et evocassent.¹⁾

¹⁾ A Dwnka név a görög Duka-ból származik, a mi vezért, vajdát jelent s a román és ó-szlóven nyelvekben szokásos nasalismus mellett képződött. Az e néven ismeretes nemes család el van terjedve különösen Sajó, Jood, Barczánfalva, Budfalva, Szerbfalva stb. helységekben. Sok jeles férfiú vált ki közülök, ugy a vármegyében mint azon kívül. Dwnka János a XVIII. század végén elhagyván a vármegyét, saji és glodi birtokát, Csernoviczban kormánytanácsos volt. Leszármazói közül megemlítjük Dwnka Pál erdélyi kormányzékai tanácsost († 1888. 83. éves korában.) Dwnka Julius tábormokot a román hadseregben, Dwnka Istvánt, ki törvényszékai elnök volt Cahul-ban Besarabiában. Ennek fia Károly egyike volt azon 1000. hősnök, kikkel Garibaldi 1860. évi május 11-én kikötött Marsalánál Siciliában és elfoglalta Délolaszországot, ki aztán 1864-ben Északamerikában mint kapitány esett el, vértét ontván a harc mezején az északamerikai rabszolgák felszabadításáért. Testvére Dwnka Titusz őrnagy volt a franciureur-öknél a francia-porosz hadjáratban (1870.). Nővérük Dwnka Constantia, Schiau Antal m. k. kincstári ügyész neje román és francia nyelven írt több kitüntetett irodalmi műnek hírneves szerzője.

²⁾ Ostas=Eustrathios; Polyanfalva Sajópolyána; Siatynafalva=Szatinka.

³⁾ A Thorkos család emlékét őrzi a Cybles havas keleti része, mely mai napig Turcusescu nevet visel.

⁴⁾ Leleszi convent, honnan 1877. április 15-én hiteles alakban kiadott; régi másolatban megvan a saji Mán család irományai közt is.

245.

1458. Szeptember 8. Nándorfehérvár. Corvin Mátyás király rendelete az iránt, hogy Középső-apsai Sándrin, János, más János a Krecsunoi fiai, valamint Mária a Mihály neje és Magdolna nemes asszonyok Uglya egy kilenczed része és egy ottani nemesi Curia birtokába beiktattassanak. A beiktatás ellenmondás nélkül történik.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris, praesentium notitiam habituris, Blasius praepositus et conventus ecclesiae sanctae Crucis de Lelesz salutem in omnium salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos litteras serenissimi principis domini. . . . Mathiae Dei gratia regis Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. statutorias nobis directas honore et reverentia quibus decuit recepimus in haec verba. Mathias Dei gratia rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, etc. exponitur nostrae maiestati in personis fidelium nostrorum Sandrini, Johannis et alterius Johannis filiorum Krecsunoi de Kezepse-Apsa ac nobilium dominarum Mariae consortis Michaelis, nec non Magdalena vocatae filiae condam Petri ipsius Michaelis quomodo ipsi in dominium tertiae partis ipsos omne legitime vellent introire, super quo fidelitati vestrae firmiter praecipientes mandamus, quatenus hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Negre de Szlatina, vel Ioannes Huza de Apsa sin Kozma de eadem homo noster ad facies dictae possessionis Uglya consequenterque directae tertiae partis alterius tertiae partis ejusdem possessionis Uglya curiae nobilitaris, vicinis et commetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat memoratos Sandrinum, et utrosque Iohannem ac alios praedictos statuaturque easdem eidem cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet praemissis Iure ipsis incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet ipsos contra annotatos exponentes nostram personalem in praesentiam ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros, et post haec ipsarum introductionis et statutionis seriem cum contradictorum, et evocatorum vicinorumque et commetaneorum qui praemissae statutioni intererunt, nominibus terminoque assignato eidem nostrae personali praesentiae

fideliter rescribatis. Datum in castro nostro Nandor albensi in festo
 nativitatis beatæ Mariæ virginis. Anno Domini millesimo quadrin-
 gesimo quinquagesimo octavo. Nos Igitur præceptis, et mandatis dicti
 domini nostri regis satis facere volentes ut tenemur, una cum præfato
 Negre de Szlatina homine ipsius domini nostri regis unum ex nobis
 videlicet fratrem Andream præsbiterum ecclesiæ nostræ ad
 præmissa peragenda nostro pro testimonio transmissimus, qui tan-
 dem ex inde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi
 feria sexta proxima ante festum beati Pauli confessoris proxime præ-
 teritum ad faciem dictæ possessionis Uglya consequenterque directe
 tertiæ partis alterius tertiæ partis præfatae possessionis Uglya nec
 non duarum dictæ tertiæ partis curiæ nobilitaris comitatu
 in præscripto habitarum vicinis et commetaneis ejusdem universis
 videlicet Ladislao et Michaele Sztojka de Kricsfalva, et altero Michaele
 Tatul de Irholcz inibi legitime convocatis et præsentibus accessissent,
 in cujus facie legitimis et consvetis diebus permanendo præfatosque
 Sandrinum, Iohannem et alterum Iohannem filios Krecsunoi de Kezepsé-
 Apsa ac dominas prædictas in dominium directæ tertiæ partis alterius
 tertiæ partis dictæ possessionis Uglya nec non duas curiæ
 nobilitaris dictæ tertiæ partis introducendo easdemque
 eisdem cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet præ-
 missis iure ipsis incumbenti statuissent perpetuo possidendas, nullo
 contradictore inibi apparente. In cujus rei memoriam stabilitatemque
 perennem præsentibus litteras privilegiales sigilli nostri appensionis
 munimine roboratas duximus concedendas. Datum quintodecimo die
 diei introductionis et stationis annotatarum Anno Domini supra dicto.

1) A gr. Teleky J. által: Hunyadiak kora III. k. 113. lapon közölt adatok
 szerint Mátyás király szeptember 8-án Szegeden, és október 4-én Belgrádon volt.

2) A közép-apsai és Uglyai Kozup=közép-apsai család productionalis peréhez
 csatolt másolatból a vármegye levéltárában III. 1782/35.

246.

1459. Márczius 3. Buda. Corvin Mátyás király rendelete a leleszi conventhez az iránt, hogy Joodi Gorzo Gergely és János joodi hét jobbágytelek és két nemesi Curia birtokába beiktattassanak. A beiktatás ellenmondás nélkül történik.

Mathias Dei gratia rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelez salutem et gratiam. Expositum est nobis in personis fidelium nostrorum Gregorii Gorzo et Ioannis de Iood, quomodo ipsi in dominium quarundam septem sessionum jobbagonalium ac duarum curiarum nobilitariarum in praedicta possessione Iood vocata, in comitatu Maramorosiensis Existente habitarum ipsos jure haereditario concernentium legitime vellent introire, ideo fidelitati vestrae firmiter praecipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Elias Danch de Vanchfalva, vel Georgius Petherman de Sajo, aut Simon de Kohnya sive Ioannes de eadem, aliis absentibus homo noster ad facies praescriptae possessionis Iood et per consequens antefatarum septem sessionum jobbagonalium et curiarum nobilitariarum in eadem habitarum vicinis et commetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat praefatos Gregorium Gorzo et Ioannem de dicta Iood in dominium ejusdem, statuaturque easdem eisdem cum omnibus ejusdem utilitatibus et pertinentiis universis videlicet alpibus, montibus jure praemisso eisdem incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatos exponentes nostram personalem in praesentiam ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros. Et post haec hujusmodi introductionis et stationis seriem, cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint vicinorumque et commetaneorum qui praemissae stationi intererunt, nominibus, terminoque assignato eidem nostrae personali praesentiae fideliter rescribatis. Datum Budae Sabbatho proximo ante Dominicam Iactare. Anno Domini 1459. Relationis vero tenor is est. Reginus Simon de Kohnya noster frater Andreas Iunior, ac feria quinta ante festum trinitatis accessissent, praesentibus vicinis Iohanne et Manajla de dicta Kohnya, ac Ivan Torkos de Dragomerfalva. Nullo contradicente. Datum 5-ta decima die.

Joody Illés alsó-apsai lakosnál lévő hiteles átiratból.

247.

1459. Május 1. Buda. Corvin Mátyás király rendelete Szigeth város határai bejárása iránt. A megjelölt határok ellenmondás nélkül megállapíttatnak.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris praesentium notitiam habituris Blasius praepositus et conventus ecclesiae sanctae crucis de Lelez, salutem in omnium Salvatore: Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire: quod nos litteras serenissimi principis domini Mathiae Dei gratia regis Hungariae et Bohemiae domini nostri gratiosissimi reambulatorias, nobis directas honore quo decuit recepimus in haec verba: Mathias Dei gratia rex Hungariae et Bohemiae fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelez salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis fidelium nostrorum prudentium et circumsectorum civium ac universitatis oppidi nostri Szigeth, quod dictum oppidum nostrum Szigeth vocatum, in comitatu Maramarosiensi existens et habitum, legitima reambulatione, novarum metarum erectione plurimum indigeret. Super quo fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Petrus Naan de Sztatina, aut Barnabas Burdon de eadem, vel Simon Gerhes de Szarvaszo, aliis absentibus, homo noster ad faciem dicti oppidi nostri Szigeth vicinis et commetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, reambulet idem per suas veras metas et antiquas, novas juxta veteres in locis necessariis erigendo, reambulatamque et ab aliorum luribus metaliter separatam et distinctam relinquat prefatis civibus iure incumbente perpetuo possidendum, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatos cives de Szigeth ad terminum competentem, rationem contradictionis reddituros efficacem. Et post haec huiusmodi possessionariae reambulationis, et metarum erectionis seriem, cum universis metarum finibus item nominibus contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorum et commetaneorum, qui praemissae reambulationi intererunt, terminoque assignato nostrae personali praesentiae fideliter rescribatis. Datum Budae feria tertia proxima post festum beati Georgii martyris, Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono. Nos igitur mandatis praefati domini nostri regis, prout tenemur, obedientes, una cum praenominato

Petro Naan de Szlatina, homine suo regio, unum ex nobis videlicet religiosum fratrem Ioannem de Peterfalva priorem ecclesiae nostrae conventualem, ad praemissa peragenda, nostro pro testimonio transmissimus fidedignum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis consona voce retulerunt, quod ipsi die Dominico proximo post testum beati Ioannis ante portam Latinam, proxime praeritum, ad faciem praescripti oppidi Szigeth vocati comitatu in praescripto existentis et habitu, vicinis et commetaneis ejusdem universis, videlicet nobilibus Ioanne Gerhes, nec non altero Ioanne Bank, item similiter Ioanne Fekete et Bank ex Szarvaszo, Simone Paska de Fejeregyhaz, Stephano Nagy de Farkasfalu, Wan de Lopataka¹⁾ inibi legitime convocatis et praesentibus accesserint. Idemque oppidum Szigeth per suas veras metas et antiquas undique reambulassent, reambulatumque et ab aliorum luribus possessionariis metaliter separatum et distinctum, praefatis civibus oppidi Szigeth praemisso iure ipsis incumbente reliquissent et commisissent, perpetuo possidendum, tenendum, pariter et habendum, nemine penitus contradictore inibi apparente. Metae autem et cursus metales, quibus ipsi praefatum oppidum Szigeth, undique metaliter separassent et sequestrassent, prout Idem homo regius ac nostrum testimonium nobis retulerunt, hoc ordine protenduntur. Quod primo inceperint ab aquillone a plaga Kabolapataka, et directe descendit ad fluvium Iza nominatum, Idem fluvius Iza pertransiliens et occidentaliter tendit ad plagam Vanczaga appellatam, ab hinc exeundo iterum ad occidentem ad tres terreas metas pervenissent quas ibidem pro metalli signo reliquissent, penes quas tendit supra ultra Tyciam dehinc directe ascendit prope Tyciam ad plagam Gordonpataka²⁾ inde jungitur versus orientalem et tendit ad fluvium Sarospatak, abhinc directe ascendit orientaliter ad plagam Aranyospatak, inde directe iterato ascendit ad meridiem, ad verticem montis Zugohegy nuncupati. Inde descendendo reflectitur ad meridiem ad plagam Kisforras. Adhuc per eundem fluvium descendit ad partem meridionalem et cadit in fluvium Rhona, fluvium pone pertransiens meridionaliter ascendit ad plagam Asztagko: inde eadem plaga ascendit ad meridiem ad plagam Hegyeshegy, in eius vertice similiter duas metas terreas novas erexissent, et inde ad meridiem descendit ad exteriorem Lopataka, ab hinc inter duos montes ad meridiem non longe a possessione Farkasrev vocata fluentem currit versus eundem meridiem, et cadit in fluvium Iza nominatum, deinde pertransiendo directe ad meridiem ad fluvium Turczad, et ascendit ad plagam Elsepataka, per eandem plagam iterum ad campos Kajtar ibi sunt

duae terreae metae noviter aggregatae, de quibus tendit ad plagam meridionalem Avasutha nominatam, ab hinc descendit versus meridiem, ad plagam Estvan Nyarlo,³⁾ de hinc directe pertransit plagas fluvii Nagy Maramaros, per quas plagas eiusdem fluvii ascendit ad plagam Hosszae(?) inde a capite iterum dicti fluvii Maramaros transcendit ad plagas civitatis Rivuli Dominarum⁴⁾, dehinc directe ascendit ad occidentem, tandem flectendo jungitur aliis metis dictae civitatis Szigeth metaliter ab aliis sequestratis. Quae quidem loca supra nominata ubique pro signis metalibus dictus homo regius et nostrum testimonium relinquunt. In quorum praemissorum memoriam stabilitatemque perennalem praesentes litteras nostras privilegialiter sigilli nostri appressionis munimine roboratas duximus concedendas. Datum vigesimo quinto die diei executionis praemissorum. Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono supra dicto⁵⁾ ⁶⁾.

1) Lopatak=Kabolapatak.

2) Gordon=Cárdány.

3) Estvan Nyarlo=Pojana Stefanului a gyulafalvi határban; e mellett vonul az Avas felé vezető út.

4) Sziget és Nagy-Bánya közt fekszenek a gyulafalvi, sugatagi, krácsfalvi terjedelmes határok; régen közbe esett a turczádi határ is.

5) II. János királynak Gyulafehérvárt 1559. november 25-én kelt és Szany Tamás, Filep István kérésére kiadott átiratából. Másolat Várady Gábortól.

6) Szigetről nemességet igazoltak 1752. évben a Hajnal--Szerencsi (1702.) Szegedi (1701.) Szgeti aliter Szabó (1550.) Kovási alias Bozga (1720.) Tótt (1650.) Bagosi, Székely (1632.) Váradi alias Borbély (1607.) Kosa (1699.) Dobri, Szöcs (1668.) Fejér (1678.) Vaida (1699.) Zsibai (1617.) Balás (1670.) Pribék (1611.) Rozsi (1697.) Barta (1668.) Toott (1670.) Lakatos (1635.) Tar (1698.) Csizsár (1699.) Horvath (1602.) Fodor (1631.) Técsi (1672.) Vernika (1700.) Faldasi (1585.) Csutak (1643.) Tordai (1670.) Hatvani (1617.) Bartos (1696.) Pataki (1696.) Bálint (1699.) Izak (1612.) Szany (1649.) Komáromi (1633.) Albert (1612.) Varó (1645.) Méczér (1684.) Kolya (1670.) Nagy (1664.) Vizaknai (1672.) Makai (1634.) Kovács (1673.) Magyar (1612.) Török (1670.) Todál (1666.) Dési (1631.) Kegyes (1613.) Békény, Balog (1699.) Orbán (1699.) Imbre (1698.) Szabó (1673.) Veres (1670.) Birtalan (1639.) Szentiváni alias Fejér (1684.) Fekete (1612.) Tooth (1653.) Csaszlai, Bajocski, Debreczeni (1668.) Bártfai (1715.); 1763--1768. években a Deák (1758.) Pap alias Szakácsi (1754.) Szabó alias Asztalos (1701.); 1763--1769. években a Solymos, Lippai (1765.) Csicsó--Kereszturi (1630.) családok.

248.

1459. Május 21. Euda. Corvin mátyás király rendelete a leleszi conventhez az iránt hogy vizsgálat tartassék Dolhai Mihály és Ambrus panasza felett Dolhai máskép Ruszkovai János ellen, ki Rozaliai és Polyánai részjóságukat elfoglalta, tóvábbá Farkasrévi Péter, Váncsfalvi György, Kálinfalvi Jurka, Gyulafalvi Fieze György, Budfalvi Bud és Sugatagi Mikle János ellen, kik Szurdok és Batiza birtokaikon külön-féle hatalmaskodásokat követtek el.

Mathias Dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. fidelibus suis conventui ecclesie de Lelez, salutem et gratiam. Exponitur nobis in personis fidelium nostrorum Michaelis et Ambrosy filiorum Stanislai de Dolha gravi cum querela, quomodo circa festum resurreccionis Domini proxime preteritum Ioannes de Dolha quasdam porciones possessionarias ipsorum exponencium in possessionibus Rozavlya ac Polyana vocatis in comitatu Maramorosiensis existentibus habitas minus juste et absque omnis via legis pro se ipso occupasset, occupatisque uteretur, preterea Petrus de Farkasrev, Georgius de Wancsfalva ac Gyurka de Kanyafalva, Georgius Ficze de Gyulafalva ac Bud de Budfalva nec non Ioannes Mykle dictus de Sugathyak in anno cuius jam annualis preterisset revolutio, armatis manibus et potenciaribus ad possessiones ipsorum exponencium Szurdok et Bathyza vocatas irruendo ibique universas res, bona lobbagonum ipsorum exponentium auferri ac asportari nec non super eosdem populos et lobbagiones in predictis possessionibus commorantes taxam imponi et exigi fecissent potencia mediante, in prejudicium et damnum dictorum exponencium satis vicens. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo presente Stephanus de Bilke, seu Ioannes Gorzo dictus de Lipsy, sive Ladislaus de Krisfalva neve Stephanus de Rakoch aliis absentibus, homo noster scita prius mera veritate evocet prefatos Ioannem de Ruzkova et alios suprascriptos contra memoratos Michaellem et Ambrosium de Dolha ad tricesimum secundum diem diei evocacionis exinde fieri computan nostram personalem in presenciam, racionem de premissis reddituros efficacem, litis pendencia si qua foret inter ipsos non obstante. Insinuando ibidem eisdem, ut sive ipsi termino in pre-

dicto coram nostra personali presencia compareant, sive non, eadem ad partis comparentis instanciam id faciet in premissis, quod iuri videbitur expediri. Et post hec huius modi Inquisitionis, evocacionis et insinuacionis seriem cum evocatorum nominibus, terminum ad predictum eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude secundo die festi sancte Trinitatis. Anno Domini M^o CCCC^o L. nono. Regius Stephanus de Bylke, noster frater Andreas junior suo modo in Maramorosensi, ac in Translacione Patris Dominici confessoris prenominatos Ioannem de Dolha in Rozaviya, ac eodem die prenominatos de Farkasrew in eadem, item Gyurka in Kanyafalva eadem, Georgium Fycze in Gyulafalwa in eadem habita, ac Bud in possessione Zeer, preterea Ioannem Sugatagh in eadem Sugathagh, quemlibet videlicet eorum in porcionibus eorum possessionariis in eisdem habitis evocassent. Datum nono die. Nos igitur habitis ipsa inquisitione feria secunda proxima ante festum beati Laurency martyris proxime preteritum memoratos Georgium de Wanchfalwa in eadem, Ioannem de Dolha in Rozaviya ac Petrum de Farkasrev, Gyurka de Kanyafalwa similiter in eadem, preterea eodem die Georgium Fycze de Gyulafalwa consimiliter in eadem Gyulafalva nec non Bud in Zeer ac Ioannem de Sugathag modo simili in eadem Sugathag vocatis possessionibus, quemlibet videlicet eorum de porcione sua possessionaria possessionibus in prenominatis habita contra annotatos Michaellem et Ambrosium de Dolha ad predictum etc. ut intra, Datum nono.

1) György után vette nevezetét a váncsfalvi Jura és Jurka után a Kálnfalvi Jurka család.

2) Leleszi Convent (Actorum No. 2. anni 1459.) Másolat Petrovay Györgytől.

249.

1459. Junius 18. A leleszi convent tanusítja hogy egy részről Joodi Sándrin fia Ivásko, ennek fia Alexandrin, testvére Gorzo Gergely és ennek fiai Ivásko és Tamás, — másrészt Joodi Bálya Sándrin, ennek testvére Bálya János, fiai Bálya Kindris János és Lázár, továbbá nevezett János fia Simon több tisztos és békéltető férfiu közben járása folytán egymással kibékültek, a köztök folyamaton volt pert beszűntették, Ivasko és Gorzo három hold szántó földet Bálya Sándrinnak visszaadtak.

Nos Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte Crucis de Lelez memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod Ivasko filio Sandrini de Iod pro se personaliter ac pro Gregorio Gorzo fratre carnali nec non pro Alexandrino filio ac Ivasko et Thoma filiis dicti Gorzo fratribus suis, quorum onera et quelibet gravamina ad subnotandam confessionem observandam super se levando ab una, parte autem ab altera Sandrino Bala do Iod similiter personaliter pro se ac pro Iohanne Bala carnali fratre, item pro Iohanne Bala, Kendrys et Lazaro filiis eiusdem Sandrini Bala, preterea pro Simone filio dicti Iohannis patruelis fratribus, aliis etiam quibuslibet fratribus suis, modo simili onera et quelibet gravamina eorumdem ad subscripta illibate et inviolabiliter observanda similiter per omnia super se levando coram nobis constitutis per eosdem Ivasko et Sandrinum Bala confessum extitit nostri in presentia pariter et relatium. Quod ipsi per ordinationem, et dispositionem plurimorum proborum nobilium virorum inter eos pro pace laborantium, super universis factis potenciaris, dampnis, nocumentis, iniuriis, ofensis et generaliter quibusvis malis et malorum generibus hactenus et usque modo parti per partem quolibet et qualitercumque factis, illatis et perpetratis, cassatis et carere commissis universis literis inquisitoriis, protestatoriis, evocatoriis et insinuatoriis alys etiam quibuslibet causalibus, super premissis sub quibusvis formis et materis verborum ortis, editis et emanatis, se se mutuo ac pars partem vicissim et alternatim ac mutua vicissitudine, demptis solum tribus iugeribus terrarum arabillum in facie eiusdem possessionis Iod adiacentibus de porcione possessionaria annotatorum Ivasko et Gorzo excisarum, ipsis Sandrino Bala ac filiis et

fratribus eiusdem, salvis et illis remanentibus, reddidissent et commisissent quitos et expeditos atque satisfactos. Ymo annotati Ivasko et Sandrinus Bala suis prenominatorumque filiorum et fratrum eorum nominibus et in personis reddiderunt et commiserunt coram nobis, tali vinculo obligaminis mediante, quod si ipsi temporum in eventu in premissa dispositione et ordinacione predictorum proborum et nobilium virorum quoquomodo persistere ac eamdem acceptare nollet seu non curaret, (sic) extunc talis pars infringens et retractans contra partem alteram premissa observantem et in eisdem persistentem et pacem tenentem in quinquaginta Marcis Budensibus salva iudiciaria portione ante litis aditum et ingressum deponendorum, (sic) convinceretur et haberetur convicta ipso facto. Ad que premissa partes sepe dicte se personaliter, dictos autem filios et fratres eorum ad onera preassumpta sponte abligarunt coram nobis patrocinio presentium mediante. In quorum premissorum memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales sigillo nostro communitas duximus concedendas. Datum feria secunda proxima ante festum beatorum Decem millia Militum et Martirum. Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono.

1) Ivasko=János, Gorzo György, Bala Bálint, Kendris Candidus; mind-ezek az 1419. oklevélben említett adományosok leszármazói. Ezen családok mai nap is birtokosok Joodon.

2) Pergamenre szépen írt, jól fenntartott és függő pecséttel ellátott eredetiből. Megvan 1760. évben Bálya Mihály alispán által hitelesített másolatban is.

1459. Október 17. Buda. Corvin Mátyás király rendelete és a Sz.-Pál első remete szerzetéhez tartozó remeték kérése folytán a Szt.-Mária klastrom (Técső melletti Remete) birtokának Szaploneza felé eső határai bejártnak. Új határhal-mok emelése miatt Sajói Dunka ellenmond Szarvasszói Osztás, Gerhes Péter, Szaplonezai Tivadar és Lukács nevében. Ezek a király ítélőszéke elé idéztetnek.

Serenissimo principi domino Mathie Dei gracia regi Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. domino eorum generoso Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez, preconis in Domino pro

vestra vita pariterque salute. Literas vestre serenitatis nobis directas honore quo decuit recepimus in hec verba, <Mathias Dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez salutem et gratiam, dicitur nobis in personis fidelium nostrorum religiosorum fratrum heremitarum ordinis sancti Pauli primi heremite in Claustro beate Marie Virginis in Maromorosiensis existenti degencium, quomodo clastrum ipsorum predictum simul cum universis pertinencys eiusdem a partibus possessionum Zaponcza et Bedew vocatarum legitima reambulacione et novarum metarum ereccione plurimum indigeret, Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo presente Briccius literatus de Pozony, aut Stephanus Pellifex, vel Simon Iudex, an Georgius Literatus, sin Petrus Literatus de Zygeth, sive Nicolaus Dyak, neve Demetrius Literatus de Hozwmezew, nempe Elyas Magyar et Iohannes Ladislaus, neve Paulus Einz de Hwzth, nempe Michael Thatul an Nicolaus de . . . Alys absentibus homo noster de curia nostra regia per nos ad id specialiter deputatus ad facies predicti claustris ac cunctarum suarum pertinenciarum, novas iuxta veteres in locys (sic) vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, reambulet easdem per suas veras metas et antiquas, novas iuxta (sic) in locis necessarys erigendo, reambulatumque et ab aliorum iuribus possessionarys metaliter seperatum et distinctum relinquat prefatis fratribus heremitis Iure ipsis incumbenti perpetuo possidendum, si non fuerit contradicatum, contradictores vero si qui fuerint evocet ipsos contra annotatos exponentes nostram specialem in presenciam ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros. Et post hec huiusmodi reambulacionis et metarum ereccionis seriem cum cursibus metarum inibi erigendarum, nominibusque contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum qui premissis reambulacioni intererunt, terminoque assignato eisdem nostre speciali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude feria quarta proxima post festum beati Galli confessoris. Anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono> Nos igitur mandatis vestre serenitatis satis (facere) volentes ut tenemur, una cum prefato Georgio Literato de Zygeth homine vestre maiestatis de curia vestra regia ad id specialiter deputato, unum ex nobis videlicet fratrem Stephanum presbiterum, ad premissa peragenda nostro pro testimonio transmisimus fidedignum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod

psi octavo die festi Epiphaniarum Domini proxime preteriti, ad facies prescripti claustrum ac cunctorum suarum pertinenciarum, vicinis et commetaneis eiusdem inibi legitime convocatis et presentibus accessissent, idemque claustrum per suas veras metas et antiquas reambulassent, reambulatumque ab aliorum iuribus possessionarys metaliter separassent et distinxissent, prenominitis fratribus heremitis iure ipsis incumbenti perpetuo possidendum, nullo contradicente. Tandem tamen in festo beate Prisce virginis, Dunka de Sayo vice nominibus et in personis Ostas, Petri Gerhes, Simonis filij eiusdem, nec non Michaelis filij Naan de Zarwazo, Thywadaryque et Luce de Zaponcza nostram veniens in presenciam, nos non a reambulacione, sed novarum metarum erectione prenominitis fratribus heremitis fienda prohibuit contradicendo, propter quod nos eisdem Ostas, Petro Gerhes, Simoni filio eiusdem, nec non Michaeli filio Naan de Zarwazo necnon Thywadar et Luce de Zaponcza contra annotatos fratres heremitas, octavas festi beati Georgy martiris nunc venturi pro termino coram vestra speciali presenciam comparandi deputavimus et assignavimus, rationem eorum contradiccionis reddituros. Datum septimo dei diey. Signa autem metalia et cursus metales, quibus ipsum predictum claustrum dictis suis pertinencys a parte possessionis Zaponcza separassent et distinxissent, prout ydem vestre maiestatis et noster homines nobis recitarunt hoc ordine proteduntur. Quod primo incepissent a plaga orientali super vadum Kyralrewe vocatum super quandam arborem illicis quod cruce consignassent deinde venissent versus plagam meridionalem, et in eadem linea paulisper cruce consignatum de novo consignassent versus eandem plagam metam antiquam quod de novo renovassent inde quandam pereundo vallem in cuius antiquam metam bene apparentem terre de novo circumfodissent renovando, deinde eadem plaga meridionali servata ducit de opido Zygeth versus dictum claustrum, annexissent quoddam fenetum in cuius medio ssent aliam metam terream antiquam, quam de novo renovassent. De hinc ad eandem plagam venientes attigissent quendam rivulum in cuius meatu tempore inundacionis aquarum aqua egreditur, deinde modice procedendo prope parvum lacum reperissent unam metam antiquam, quam de novo renovassent. Abinde procedendo

per eandem vallem ad eandem plagam parvum eundo, annexissent rivum Saruspataka appellatum, ubi secus eundem rivulum alias quaedam arbor vulgo Egerfa fuisset sed per adversarios exradicata esset, et ibidem unam metam terream reperissent, quam de novo consignassent, deinde ipsum rivulum pertransiundo attigissent aliam metam terream antiquam, quam de novo renovassent, demum versus eandem plagam ascendendo per silvas et montes et attigissent ad quandam ruppem Kechkekw vocatum, ab huc ad eandem plagam transeundo et ab eadem plaga declinando per bonum spacium eundo et ad quemdam locum Rosdas Zaponcza appellatum, demum vero transeundo versus dictam plagam eundo plusquam milliare attigissent quandam montem Kezhercz nominatum, deinde venissent flectendo ad plagam septentrionalem et descendendo de monte attigissent metam opidi Thewche, postremoque et ultimo venissent ad dictum portum fluvii Thycie, et ibi mete dicti claustrum a parte dicte possessionis Zaponcza terminassent, Datum septimo die diei executionis premissae. Anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo.

(Dorso) In specialem presenciam domini Regis.

Pro Oztas, Petro Gerhes ac Simone filio eiusdem et alys introscriptis, contra religiosos fratres Heremitas, ordinis sancti Pauli primi heremite, in Claustro beate Marie virginis in comitatu Maramorosensi fundato degentes, super reambulacione et consignacione metarum predicti claustrum earum a partibus possessionis Zaponcza, modo intrascripto facta, Ad octavas festi beati Georgy martiris.

Par
Evocatoriarum.

Papirra irt, hátlapján peccsét nyomait viselő eredetiből.

251.

1460. Junius I. Eger. Corvin Mátyás király rendelete a főispánhoz s a szolgabírákhoz az iránt, hogy Szarvasszói román Gerhes Pétert megoltalmazták Szarvasszói Bank András fia ellenében, kik igényt támasztanak fiának és menyének Anna asszonynak részbirtokára, mely résznek hadjárati költségeit és sok fáradozásait ő maga viselte, anélkül, hogy azok megtérültek volna.

Mathias Dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. fidelibus nostris comiti vel vicecomiti et iudicibus comitatus Maramarusiensis salutem et gratiam. Exponitur nobis in persona Petri Gerhes Volahi de Zarwazo, quomodo temporibus proxime preteritis ipse exponens in facto porcionis possessionarie Symonis filij sui ac nobilis domine Anna vocate, consortis eiusdem, filie videlicet condam Michaelis Hovrela de eadem Zarwazo, quamplures labores belli expensasque et fatigias fecisset et tollerasset, de quibus sibi nulla satisfactio usque nunc per dictam dominam Annam nec alios quospiam impensa fuisset. Nunc vero Iohannes Bank, alter Iohannes et Sandrinus filij Andree Bank de dicta Zarwazo, asserentes ad eandem porcionem possessionariam lus habere, ipsum exponentem in dicta porcione possessionaria i et diversimode perturbare non cessarent, unde cum de huiusmodi laboribus et expensis eidem exponenti iuxta consuetudinem regni, omni moda satisfactio impendi debeant, ideo fidelitatibus vestris harum serie firmissime precipiendo committimus et mandamus, aliud habere nolentes, quatenus receptis pr premissisque sic uti naravimus stantibus et se habentibus, eundem exponentem iuxta sua probabilia documenta in prescriptam porcionem possessionariam annotate domine Anne et filij sui contra annotatum Iohannem Bank et alios predictos, tamdiu donec et quousque per hos quibus illa res congruit, de prescriptis suis laboribus et expensis omnimoda satisfactio impensa fuerit, protegere et conservare ac indempniter manutenere debeatis, nostre Malestatis in persona et auctoritate presentibus vobis in hac parte attributa et iusticia mediante. Volumus enim, quod si quid accionis et quescionis antefatus Iohannes Bank et aly predicti haberent, vel habere sperarent, hoc juxta regni nostri consvetudinem luridice prosequantur. Et aliud nullomodo facere presumpmatis in premissis.

Presentibus perlectis, exhibenti restituti. Datum Agrie in festo Penthecostes, Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo.

Papíra irt és pecséttel ellátott eredetiből.

252.

1460. November 11. Eperjes. Corvin Mátyás király Zapolyai Imre kincstartó ajánlatára s a Dolhai Ambrus által Hunyadi János idejében tanusított szolgálatok jutalmazásául, különös kegyelemből megengedi, hogy Dolhai Ambrus dolhai birtokán kőházat építhessen, és azt többi birtokai módjára bírhasa.

*Commissio propria domini Regis.
Laurencio literato referente.*

Nos Mathias Dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod nos tum ad humillime supplicationis instantiam fidelis nostri magnifici Emerici de Zapolija Thezaurarij, per eum pro parte fidelis nostri egregij Ambrosij de Dolha nostre propterea porrecte maiestati, tum vero attentis et consideratis fidelitatibus et fidelibus seruicijs eiusdem Ambrosij per eum primum condam illustri principi domino Iohanni comiti perpetuo Bistriciensi genitori nostro carissimo, tandemque maiestati nostre et sacre huius regni nostri Hungarie corone iuxta sue possibilitatis exigenciam sub locorum et temporum varietate fideliter exhibitis et impensis, eidem id ex gracia nostra speciali duximus annuendum et concedendum, ymo annuimus et concedimus presencium per vigorem, ut ipse in possessione sua Dolha predicta, in comitatu Maromorosieni existente et habita, ubi sibi conuenientius videbitur, unam domum lapideam construi et edificari facere, constructamque et edificatam ipse et sui heredes universi iure perpetuo et irrevocabiliter, instar aliorum lurium suorum possessionariorum, tenere et possidere valeant atque possint. Salvo iure alieno, harumstrarum vigore et testimonio literarum mediante. Datum in Eperijes in festo beati Martini Episcopi et Confessoris. Anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo.

Közölte gr. Teleky Jozsef: Hunyadiak kora X. k. 641. l. Okleveleink ezen kívül kőből épült más udvar házat nem említnek. A fából épült házakat építeni könnyebb volt, és egészségesebbek is, mint a kőből épültek. A várerődítmények, melyeket csak „Várhegy”, Váracska, „Cetate, Cetájea” elnevezésekből ismerünk, mint Apsán, Szlatinán, Szarvasszón, Váncsfalván, Barczánfalván, Rozállán, Joodon, Szelistyén, Szigeten, Viskan, Kirván stb. szintén fából épültek, miután mai nap romjaikat sem találjuk. Kőből épültek a Huszti vár, mely a múlt század közepén égett le, a rónaszéki, dolhai és bronkai kastélyok. A dolhai kastély valószínűleg visszaélések színhelye lehetett, miután az 1471. évi XXIX. t. cz. annak lebontását rendelte el.

Ihr seht die Burg zerfallen,
Und keine Ritter drin;
Die beste Burg von Allen
Ist freier Männer Sinn.

A vármegye nagyszámu szabad lakossága nem tűrte azt, hogy Huszt várán kívül a vármegyében más erődívény is emeltesék. — Némelyek állítják, hogy a várlebontási rendelet a bronka: kastélyra vonatkoznék, mely hagyomány szerint rabló lovagok rejtékhelye volt; de ez állítás nem valószínű, mert Bronka az 1454. évi oklevélben mint praedium említetik, s az ottani várkastély sokkal régibb keletkezésű; romjai közt római császárok pénzeire is találtak.

253.

1461. Sziget. (Töredék). Sziget város esküdt polgárainak bizonylata bizonyos egvezségről, mely Barczánfalvi Balázs, Kónyhái Simon és más nemosek valamint Pontz György szigeti polgár közt létesült.

. yga Johannes Derczeny
. de Zygeth memorie comendamus
. una Blasius de Barczanfalva
. a Gorzo et Ivasko de
. k de Zlatina Thomas de
. orgius Pontz concivis noster
. quomodo ipsi inter Nobiles
. as et arbltry ac compositionis
. parte erecte, Ipseque Romasko
. per ipsum Simonem de Kohnya
. Simon de Kohnya contra

. aquisionem iustificato et
 a que universe inter eosdem
 pretextu dicte arby . . .
 Iudicium facere niteretur in eademque persistere nollet
 predicte Civitatis Zygeth in Centum florenos auri puri ac
 m ante litis ingressum deponendos vincatur et convicta
 viros electos sew arbitros et vicecomitem huius terre
 om rebellantes in ipsis centum florenis convinci permisisse
 vigore et testimonio presencium mediante. Scripta in dicta
 literas nostras sigillo dicte nostre Civitatis roboratas
 duximus concedendas, Scripta in dicta Zygeth feria
 tertia proxima
 is Anno Domini millesimo LX^o primo (sic.)

Papirra irt és zöld viasz pecsét nyomait viselő eredetiből. Felvettem jelen gyűteménybe e töredéket először, mert igen régi; másodszer mert az azon évbéli több személynek nevét tartalmazza, többek közt a Poncz Györgyét, kinek emlékét tartja fenn máig a szigeti határnak Poncz-járó, Poncz-láz nevű dűlője és igazolja, hogy nemcsak a községek de az egyes dűlők is neveiket 4—5 száz, sőt több száz év óta viselik. Romasko=Román, képződött oly módon, miként Ivasko az Ivan névből. De közlém ezt harmadszor azért is, hogy ha idővel az okirat másik fele része megkerülne, a szöveg kiegészíthető legyen.

254.

1461. Február 5. Trencsén. Corvin Mátyás király rendelete Sziget város birájához, esküdtjeihez és polgáraihoz az iránt, hogy miután a Szarvasszói Gerhes Péter birtokán Brében Stibor Mihály szigeti lakos és társai által elkövetett erőszakoskodások elbírálásával Zapolyai Imre kincstárnokot bizta meg, az ez által hozandó ítéletnek magokat alá vessék, és sem ők sem a főispán mások jogügyleteibe be ne avatkozzanak.

Mathias Dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. fidelibus nostris circumspectis iudici, juratis ceterisque civibus oppidi nostri Zygeth, salutem et gratiam, nostre maiestatis veniens in presenciam, fidelis noster Petrus Gelhes de Zaruassow, in sua ac Simonis filij sui

personis nostre significare curavit maiestati querulose, quomodo in festo Circumcisionis domini proxime preterito Michael Sthybor Inhabitor dicti oppidi nostri Zygeth, assumptis sibi quam pluribus complicibus suis et malefactoribus ac Georgio Rosa, ex induccione videlicet et voluntate Stephani Pelificis Iudicis ad possessionem eorundem exponencium Hothpathaka vocatam in comitatu Maramarusiensi existentem manibus armatis et potenciarys hostiliter irruendo, abinde universas pecudes et pecora jobagionum ipsorum exponencium in eadem Hothpathaka commorancium depelli, scriniaque eorundem confringendo, de eisdem universas res et bona in eisdem repertas et inventa recipi et asportari fecissent. Hys non contenti ibidem in detrimentum sexus femnini tam mulieres quam virgines dire et atrociter verberassent, ipsisque puellis in signum amissionis virginitatis earundem crines abscondissent, potencia mediante, in prejudicium eorundem et dampnum valde magnum. Supplicatum itaque extitit nostre maiestati, ut ipsis exponentibus circa premissa remedium adhibere dignaremur opportunum. Et licet pro premissis comiti vestro ordinario man s, tamen quia idem comes in hac re suspectus esse asseritur, ideo mediantibus alys literis nostris fideli nostro Emerico de Zapolya Thesaurario nostro etc. mandavimus ut ipse aut personaliter, aut per unum rectum suum familiarem, coram testimonio conventus de Lelez in dicto oppido nostro Zygeth inter ipsas partes iudicium et Iusticiam facere debeat, quo firmiter precipiendo mandamus, quatenus receptis presentibus et quam primum prefatus Emericus de Zapolya aut predictus pro faciendo huiusmodi in vestrum medium pervenerit, extunc eidem Emerico aut homini suo obedire et obtemperare eiusdemque iudicio astare debeatis, et secus nullatenus facere presumatis ut nec vos nec comes dicti comitatus Maramarusiensis ad possessiones et Iura possessionaria dictorum Maramarusiensium se quomodo ingerere presumatis. Siqui enim habent aliquid accionis contra eosdem, id coram nostra personali presencia aut palatino de curia nostra regia Iudicialiter prosequamini, ex parte quorum omnium contra querulatur iudicium et justicia administrabitur evidens et condigna, prout dictaverit ordo Iuris, presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Trenchinii in festo beate Agathe virginis. Anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo primo.

Papírra írt, peccsétel ellátott eredetiből.

255.

1461. Február 5. Trencsén. Corvin Mátyás király rendelete Zápolyai Imre kincstárnokhoz az iránt, hogy vizsgálja meg és ítélettel döntse el azon hatalmaskodásokat, melyeket Szarvasszói Gerhes Péter és fia Simon ellen egyrésztől Stibor Mihály szigeti lakos követett el, ki Rózsa Györggyel a Timár István szigeti bíró ösztönzésére Brében erőszakoskodott; másrésztől elkövettek a hosszumezei polgárok és a Szt.-Mária klastrom remetéi, kik Gerhes Péternek szaplonozai részbirtokát hatalmasul elfoglalták.

Commissio propria domini Regis.

Mathias Dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. fideli nostro magnifico Emerico de Zapolya sumpmo Thesaurario nostro ac generali capitaneo parcium nostrarum Zepusiensium, salutem et gratiam. Nostre maiestatis veniens in presenciam fidelis noster Petrus Gerhes de Zarwazo in sua, ac Simonis filij sui personis, nostre significare curavit maiestati querulose, quomodo in festo circumcisionis domini proxime preterito Michael Sthibor inhabitator oppidi nostri Zygeth, assumptis sibi quam pluribus complicitibus suis et malefactoribus ac Georgio Rosa, ex induccione videlicet et voluntate Stephani Pelefcis iudicis dicti oppidi nostri Zygeth ad possessionem eorundem exponencium Hathpataka vocatam in comitatu Maramarusiensi existentem et habitam, manibus armatis et potenciarys hostiliter irruendo, abinde universas pecudes et pecora jobagionum ipsorum exponencium in eadem Hathpathaka commorancium depelli, scriniaque eorundem confringendo, de eisdem universa res et bona in eisdem repertas et in venta recipi et asportare fecisset. Hys non contentus, sed malis mala accumulantes, ibidem in detrimentum sexus feminini tam mulieres quam virgines dire et atrociter verberassent, ipsisque puellis in signum amissionis virginitatis earundem, crines abscidissent. Et insuper fratres heremite in claustro beate Marie virginis Maramarusy fundato degentes, quandam porcionem possessionariam ipsorum exponencium in possessione Zapoloncza vocata habitam, aliam vero particulam eiusdem possessionis Zapoloncza Cives de Hozwmezew potencialiter occupassent, in preiudicium eorundem exponencium et dampnum valde

magnum, et hec sic facta fuisse ex literis Iudicum nobilium ac nobilium comprovincialium, ceterorumque nobilium orum dicti comitatus Mamarosiensis speciale productis, clare vidimus contineri. Quia vero nos neminem regnicolarum nostrorum sic indecenter suis possessionibus privari, eandemque per quoscunque turbare volumus, fidelitati igitur vestre harum serie firmiter precipiendo mandamus, quatenus receptis presentibus, vos ipsi personaliter, aut si alys preoccupati negocijs vos personaliter id facere non possetis, extunc unum certum familiarem vestrum in uno certo et brevi termino ad ipsum oppidum nostrum Zygeth transmittatis, qui ibidem coram testimonio conventus ecclesie de Lelez, quod per ipsum illuc serie presencium transmitti iubemus, convocatis tam ipsis heremitis quam etiam civibus de Hoziwmezew ac Zygeth predicta necnon ipsis exponentibus, visisque et examinatis earum propositionibus, allegacionibus et responsionibus, necnon literalibus instrumentis ambarum parcium, inter easdem nostra auctoritate presentibus sibi in hac parte attributa, et justicia mediante, iudicium et justiciam adeo impendere debeatis, ut de cetero, ipsis exponentibus non sit opus, pro abnegata ipsis iusticia, nostre querulare maiestati. Secus non facturi, presentibus perlectis, exhibenti restitutis. Datum Trinchiny in festo beate Agathe virginis, Anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo primo.

Papirra irt, pecséttel ellátott eredetiből.

256.

1461. November 20. Buda. Corvin Mátyás király rendelete a vármegye tisztviselőihez az iránt, hogy Szarvasszói Gerhes Péternek és fiának Simonnak a Stibor Mihály szigeti lakos által elkövetett fosztogatások és verekedések miatt teljes elégtétel szolgáltatassék.

Relacio Georgy de Parlag.

Mathias Dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. fidelibus nostris egregio Paulo de Parlag comiti ac vicecomitibus suis et iudicibus nobilium comitatus Maramarusiensis, salutem et gratiam.

Quamvis nos mediantibus alyis literis nostris preceptoris vobis in eo mandaverimus, ut vos fidelibus nostris Petro Gerhes de Zarvazo et Simoni filio eiusdem, de et super certis spoliacionibus, verberacionibus ac rerum et bonorum ablacionibus per Michaellem Sthibor inhabitatorem oppidi nostri Zygeth, eisdem ut dicitur factis et illatis, iudicium et justiciam ac debite satisfaccionis complementum facere et impendere deberetis. Tamen sicuti nos ex querulosa significacione annotati Petri Gerhes in sua ac antefati Simonis filij sui personis nobis previa racione facta intelleximus vos ysdem Petro et Simoni nescitur quo ducti motivo, ex parte prelibati Michaelis Sthybor, nullam omnino onis complementum impendissetis, et nec curaretis facere etiam de presente ipsis in hac parte justiciam abnegantes in prejudicium juris dampnumque valde magnum, et dampna et preiudicia dictorum exponentium volentes eisdem reddifacere cupimus. Ideo fidelitati vestre serie presentium firmissime precipientes committimus omnino volentes, quatenus receptis presentibus, ulteriori, memoratis Petro Gerhes et Simoni, filio eiusdem ex parte prelibati Michaelis Sthybor juxta tenorem et continenciam priorum nostrarum literarum vobis directarum plenam et omnimodam satisfaccionem facere et impendere debeatis, ne ydem de cetero pro abneganda justicia, nostre compellantur supplicare maiestati, et aliud non facturi in premissis, presentibus perlectis exhibenti restituti. Datum Bude feria sexta proxima post festum beate Elisabethe Vidue. Anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo primo. Lecta.

Papirra irt, peccséttel ellátott eredetiből.

257.

1462. Január 25. Buda. Corvin Mátyás király rendelete az iránt, hogy édes anyja Erzsébet asszony beiktattassék azon részek birtokába, melyek a királyt birósági díj (birság) czimén Bilkei Miklós, Mihály és Istvánnak Bereg megyei Bilke, Rákocz, Miszticze, Lukava, Dobroka, Komoró és Máramaros megyei Lipese, Herinese, Berezna, Ökörmező, Vízköz (Szolyma) és Kelecseni birtokaiból az Ujhelyi Péter és István által lejárattott per folytán megilletik. A beiktatás ellenmondás nélkül történik.

Nos Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez, memorie commendamus per presentes, quod nos litteras serenissimi principis domini Mathie Dei gratia regis Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. statutorias nobis directas honore et reverentia quibus decuit recepimus in hec verba: Mathias Dei gratia rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez, salutem et gratiam. Cum nos ad humillime supplicationis instantiam illustris domine Elizabeth genitricis nostre carissime per eam nobis propterea porrectam, illas duas partes judiciarias, que nobis ut iudici de possessionibus Nicolai, Michaelis, Stephani et alterius Stephani de Bylke in eadem Bylke ac Rakolch, Myztyczew, Lwkava, Doborka et predio Komoro in de Beregh, item Lypche, Herenche, Berezna, Ekermezew, Wyzkez et Kelechen vocatis, in Maramarosiensi comitatibus existentibus habitis, vigore cuiusdam sententie capitalis per fideles nostros Petrum et Iohannem de Wyhel, contra eosdem Nicolaum, Michaellem, Stephanum et alterum Stephanum de dicta Bylke novissime coram nobis, ut dicitur roportate, juxta antiquam et approbatam dicti regni nostri Hungarie consvetudinem provenire deberent, simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, memorate domine Elizabeth genitrici nostre infra tempus redemptionis earumdem vigore aliarum litterarum nostrarum contulerimus, velimusque eandem per nostrum et vestrum homines in dominium earumdem legitime facere introduci. Igitur fidelitati vestre firmiter committimus, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo presente Iohannes de Farnas vel Benedictus de Borswa sive Pelbartus de Gwlach, seu Iohannes de Kerepecz, alys absentibus homo noster de

Curia nostra per nos ad id specialiter deputatus, ad facies prefatarum possessionum Lypche, Herenche, Berezna, Ekermezew, Wyzkez et Kelechen vocatarum aliarumque prenominatarum, consequenterque illarum duarum partium nostrarum judiciarum in eisdem habitarum . . . vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis, et presentibus accedendo, introducat prefatam dominam genitricem nostram in dominium earundem, statuatque easdem eidem simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, premisso jure sibi incumbenti possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra prefatam dominam genitricem nostram personalem in presentiam, ad terminum competentem, rationem contradictionis eorundem reddituros. Et post hec huiusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum qui premisse statutioni intererunt nominibus, terminoque assignato eidem nostre personali presentie fideliter rescribatis. Datum Bude in festo conversionis beati Pauli Apostoli. Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo. Nos itaque preceptis et mandatis ipsius domini regis obedire cupientes, ut tenemur, una cum prefato Iohanne de Farnas homine ipsius domini regis, per ipsum dominum regem de Curia sua regia ad id specialiter deputato, unum ex nobis videlicet fratrem Gregorium presbyterum ad premissa peragenda nostro pro testimonio destinassemus. Qui tandem exinde ad nos reversi, nobis voce consona retulerunt, quod ipsi feria quarta proxima post festum beati Valentini Martyris de novo preteritum, ad facies predictarum possessionum Lypche, Herenche, Berezna, Ekermezew, Wyzkez et Kelechen vocatarum in dicto comitatu Maramarosiensi existentium, consequenterque prescriptarum duarum partium prefati domini nostri regis judiciarum, in eisdem possessionibus habitarum, vicinis et commetaneis earundem universis, videlicet Iohanne vicario de Keselewmezew, Petro Palko de Weresmorth et Stephano de prefata Lipche inibi legitime convocatis et presentibus accessissent. In quarum faciebus congruis diebus permanendo memoratamque illustrem dominam Elizabeth genitricem annotati nostri domini regis in dominium earundem introducendo, easdemque eidem simul cum prescriptis cunctis suis utilitatibus, et pertinentiis quibuslibet premisso jure sibi incumbenti, usque pretactum tempus redemptionis earundem, statuissent possidendas. Nullo penitus contradictore inibi apparente. In cuius rei memoriam et firmitatem presentes litteras nostras privilegiales sigilli nostri appensione communitas duximus concedendas.

Datum sexto die diei statutionis antedictae. Anno domini millesimo quadingentesimo sexagesimo secundo prenotato.

Leleszi Convent, másolat Várady Gábortól.

258.

1462. Junius 11. Buda. Corvin Mátyás király rendelete a vármegye tisztviselőihez az iránt, hogy Szarvaszói Gerhes Péternek a Sthybor Mihály szigeti lakos részéről méltatlannul szenvedett kárai miatti panaszos ügyében ítéletet hozzanak, és előbbi meghagyásaihoz képest haladék nélkül elégtételt szolgáltatassanak.

Commissio propria domini Regis.

Mathias Dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Fidelis nostro egregio Michaeli de Pesthyen comiti, ac vicecomitibus suis et iudicibus nobilium comitatus Maromorusiensis, salutem et gratiam. Exponit maiestati nostre, fidelis noster nobilis Petrus Gerhes de Zarvazo querulose, quod quamvis nos sepe sepius mandaverimus fidelibus nostris comitibus vel vicecomitibus predecessoribus vestris ac iudicibus nobilium eiusdem comitatus Maromorusiensis in eo, ut ipsi eidem Petro Gerhes, de quibusdam dampnis per quendam Michaellem Ztybor inhabitatorem oppidi nostri Zygeth, temporibus pro tunc transactis indebite factis et illatis, iudicium et iustitiam ac debite satisfaccionis complementum facere et exhibere dictaque jure deberent, tamen ydem comites vel vicecomites predecessores vestri, nec non iudices nobilium dicti comitatus ex parte prefati Michaelis Ztybor, de premissis dampnis seu actibus potenciaris nullum iudicium, nullamve iustitiam impendere et facere hactenus minime curavissent, nec curarent etiam de presenti, in contemptum mandatorum nostrorum, ac prejudicium et dampnum dictorum exponencium walde magnum. Et cum iustitia nemini sit deneganda, fidelitati igitur vestre firmiter precipiendo mandamus, aliter h re nolentes, quatenus receptis presentibus, dilacionibus et allegacionibus quibuslibet annotato Petro Gerhes ex parte prelibati Michaelis Sthybor, juxta continenciam priorum litterarum nostrarum, predictis predecessoribus vestris satisfaccio-

nem et adeo impendere et exhibere debeatis, ne idem de cetero pro abneganda iustitia nostre queruletur maiestati, secus facere nullatenus presumatis, presentes autem perlectis reddi iubemus presentanti. Datum Bude feria sexta proxima ante festum sancte Trinitatis, Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo.

Papirra irt, pecséttel ellátott eredetiből.

259.

1462. Julius 24. Pöstyényi Mihály máramarosi főispán átruházza Dolhai Ambrusra és Rozúliai Nagy Mihályra Vajnági és Uj-bárdi rész jószágát, mely a Vajnági Bud Sandriné volt.

. Quod egregio Michaeli de Pesthyen comite comitatus Maramorosiensis personaliter coram nobis constituto per eundem confessum extitit, quod quamquam ipse diebus novissime elapsis a serenissimo principe Mathia Dei gracia rege Hungarie, Dalmatie, Croatiae etc. quasdam porciones possessionarias Sandrini Bud de Waynak in possessionibus Waynak predicta et Wybarthfalwa vocatis in dicto comitatu Maramorosiensis existentibus habitas, quas idem Sandrinus ex eo quod ipse officium foris commississet secundum iudicia . . . in eodem tribunali manifeste deprehensus fuisset pro iudiciis part presen sacre corone dicti domini regis pro locorum et temporum varietate constanter exhibitur et impensur . . . Idem dominus rex dederat quod autem ipse ob fraternalem amorem Ambrosij de Dolha ac Michaelis Magni de Rozavlya easdem portiones possessionarias simul cum cunctis ipsarum utilitatibus dedit contulit, donavit proventibus et pertinentiis quibuslibet, puta terris arabilibus cultis et incultis, sylvis, pratis, fenetis, nemoribus, montibus, aquis aquarumque decursibus, generaliter quarumvis utilitatibus et utilitatum proventibus, integritatibus ad easdem portiones possessionarias undique de jure spectantibus et pertinentibus, spectareque et pertinere debentibus memoratis Ambrosio de Dolha et Michaeli Magno de Rozavlya ipsorumque heredibus et posteritatibus universis dedisset, donasset et contulisset, imo dedit donavit et con-

tulit jure perpetuo et irrevocabiliter premissis donacionis prefati domini nostri regis possidendas tenendas pariter et habendas, nil juris nilque proprietatis idem in eisdem portionibus possessionariis pro se ipso reservando, sed totum jus omneque dominium et proprietatem in prefatos Ambrosium de Dolha ac Michaellem Magnum de Rozavlya, eorundem heredibus et posteritatibus universis transferendo pleno jure presentium mediante Datum in Vigilia festi beati Iacobi Apostoli. Anno millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo.

Leleszi Convent (Proth auth. 4^o fol. 68. Anni 1462.) Másolat Petrovay Györgytől.

260.

1462. Augusztus 28. Nagy-Várad. Corvin Mátyás király rendelete a vármegye tisztviselőihez, mint kifogásolt bírákhoz az iránt, hogy a Szigeti Stibor Mihály által Szarvaszói Gerhes Péter és fia Simon ellen előttük indított perben jog és igazság szerint ítéljenek, és ha utóbbiak a hozandó ítéletben meg nem nyugodnának, az ügyet a Curiához személyes jelenléte elé s a főpapok és zászlós urak elbírálása alá terjesszék.

Commissio propria domini Regis.

Mathias Dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Fidelibus nostris comiti vel vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus Maromorosiensis salutem et gratiam, exponitur nobis in personis fidelium nostrorum Petri Gerhes ac Symonis filij eiusdem de Zarvazo, quomodo Michael Stibor de Zygeth ipsos ratione quorundam negotiorum vestri in presenciam in causam attraxisset, in qua vos iudicibus haberetis pro suspectis, unde cum in presencys iudicum suspectorum non sit tutum litigare, ideo fidelitati vestre firmiter precipientes mandamus, quatenus premissam causam partes inter prenotatas vestri in presenciam, ut predicatur motam et justo juris tramite adjudicare debeatis, et si ydem exponentes de huiusmodi vestro iudicio contentari noluerint, ex tunc ipsam causam cum tota serie ipsius vestre adjudicationis fine gravamine ipsorum exponencium in Curiam nostram regiam nostram scilicet personalem in presenciam.

nostri ac prelatorum et baronum nostrorum deliberacioni transmittatis partibus predictis coram nobis comparentibus, termino vestris in literis prefigentibus congruente, secus non facturi. Datum Varadini in festo beati Augustini episcopi et confessoris, Anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo.

Papirra lrt. pecséttel ellátott eredetiből.

261.

1462. Október 6. Kőhalom. Mátyás király Erdélyben Kőhalom városban bírói székét ülven, Gyula János a Nán másképp Gyulafalvi Janko Pap fia panaszt emelt Gyulafalvi Sthybor Mihály ellen, ki gyulafalvi részbirtokát elfoglalta, gyámját Fieze Mihályt fogságba vetette, több oklevelét kicsikarta, jobbágyaitól és édesanyjától Margit asszonytól 7 ökröt, egy lovat, 16 berbécset, egy tehenet és egy arany forintot jogtalanul és erőszakkal elvett. Sthybor Mihály azzal védekezik, hogy ő is a Pap Nán fia, panaszlót és édesanyját a jószágból ki nem mozdította, az említett tárgyakat el nem vette; minél fogva a király elrendeli, hogy az ügy állása megvizsgáltassék s neki jelentés tétessék.

Mathias Dei gratia rex Hungariae, Dalmatiae, Croaciae etc. Fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelesz salutem et gratiam, noveritis quod feria tertia proxima post festum beati Fransisci confessoris proxime preteritum una cum nonnullis praelatis, baronibus et regni nostri nobilibus in oppido nostro Keuhalom¹⁾ partium nostrarum transilvanarum constitutis et existentibus, causasque regnicolarum nostrorum iusto iuris ordine discutientibus, de medio aliorum litigantium Ioannes Gyula dictus filius quondam Naan alio nomine Ianko Pap dicti de Gyulafalua personaliter in nostrae majestatis personalem veniens praesentiam, praesente et audiente ac consimiliter personaliter adhaerente Michaele Sthybor, alio nomine similiter Gyula dicto de dicta Gyulafalua nunc in oppido nostro Ziget vocato commorante, contra eundem proposuit eo modo, quomodo in autumno proxime elapso, cuius nunc instaret revolutio annualis, idem Michael Sthybor

totalem portionem suam possessionariam in dicta possessione Gyulafalua, in comitatu Maramarusiense existenti habitam, per matrem praefati quondam Nan Pap patris sui in ipsum iure paterno condescensam iniuste pro se ipso occupasset, ac eundem exponentem sed et dominam Margaretham matrem eiusdem de dominio eiusdem exclusisset, et quod in hieme proxime praeterita idem Michael Stybor similiter Gyula dictus, Michaelem Fyce de dicta Gyulafalua tutorem videlicet et protectorem dicti exponentis, per comites eiusdem comitatus Maramarusiensis dominos scilicet suos, in persona captivari fecisset, captumque tamdiu donec ab eodem litteras et litteralia instrumenta eiusdem exponentis, factum universorum iurium suorum possessionariorum tangentes et concernentia pro se extorsisset. His non contentus idem Michael tempore dictae occupationis super jobbagiones dicti exponentis septem boves, unum aequum et sedecim oves berbecz dictas, item unam vaccam et unum florenum auri a dicta domina matre eiusdem exponentis iniuste et indebite abstulisset, potentia sua mediante, in praeiudicium et damnum antefati exponentis valde magnum. Ex parte cuius idem Ioannes Gyula per nostram majestatem iudicium et justiciam elargiri supplicabat. Quo audito ante fatus Michael Stybor Gyula dictus personaliter, ut praemittitur, in eandem nostram personalem exurgendo praesentiam respondit ex adverso, quomodo ipse esset filius antefati quondam Nan Pap²⁾ siculi et praefatus Ioannes Gyula, et ob hoc ipse dictam portionem annotati exponentis pro se iniuste et potentialiter non occupasset, et neque ipsum ac praelibatam dominam Margaretham matrem eiusdem de dominio eiusdem exclusisset, sed ipsa portio possessionaria in qua ipse ad praesens existeret, ipsum iure paterno aequaliter concerneret. Et neque ipse annotatos septem boves et unum aequum, sedecim oves necnon unam vaccam et unum florenum auri super populos et jobbagiones ac matrem dicti exponentis extorsisset et usurpasset, sed in totali praemissa actione et accusatione dicti Ioannis Gyula actoris innocens esset pariter et immunis. Et in eo se ad veridicam attestationem vicinorum et conmetaneorum dictae possessionis Gyulafalva, nobilliumque conprovincialium jam dicti comitatus Maramarusiensis per formam communis inquisitionis fiendae submittebat. In quorum contrarium idem Ioannes Gyula replicabat e converso, quod ipse annotatum Michaelem Stybor dictum Gyula filium annotati Nan Pap patris sui esse omnino ignorasset, nisi idem Michael Gyula de iuris ordine filium eiusdem Nan Pap existere et esse declararet, et in eo se ipse Ioannes Gyula

consimiliter tam quod ipse Michael Gyula dictus tempore in praedicto dictam portionem suam possessionariam iniuste pro se occupasset, ac dictas septem boves sed et annotatas oves, unum aequum, unam vaccam et unum florenum auri a praefatis jobbagionibus et matre dicti actoris modo praemisso extorsisset, quam etiam in eo quod ipse Michael dictus filius dicti Naan Pap patris sui sit et existat vel ne (?) ad ipsam communem Inquisitionem nobis legitime requirentibus submittebat, ad quam faciendam noster et vester homines necessario transmitti debebunt. Pro eo fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo praesente Georgius de Kalyfalua, vel Dan de Nyires, aut Ioannes Hozyu de Apsa, sin Mikle de Sugatag, seu Ostas de Zervazo pro parte actoris, aliis absentibus homo noster de curia nostra regia per nos ad id specialiter transmissus, quinto decimo die festi epiphaniarum domini nunc venturi ad faciem ejusdem possessionis Gyulafalua, ubi eadem partes dictam communem inquisitionem fieri voluerint, vicinis et commetaneis eiusdem possessionis Gyulafalua aliisque nobilibus conprovincialibus dicti comitatus inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, primo ab eisdem vicinis et commetaneis demum vero a praefatis nobilibus conprovincialibus per ipsas partes illac congregandis et convocandis, partibus etiam praedictis vel earum legitimis procuratoribus praesentibus, ad fidem eorum Deo debitam, fidelitatemque nobis et sacro nostro regio diademati observandam, tacto dominicae crucis signo praestandam, odio, favore, timore, amore, praece et praemio penitus post tergatis, absque scrupulo cuiuslibet falsitatis, solum Deum et eius justitiam ferendo prae oculis, primo et principaliter hoc et id, utrum praefatus Michael Sthybor Gyula dictus sit et existat filius antefati quondam Naan Pap sicuti Ioannes praefatus Gyula, vel ne? demum vero de eo utrum ipse Michael Gyula dictus jam dictam portionem possessionariam praelibati Ioannis Gyula dicti actoris tempore in praedicto pro se iniuste occupaverit, et dictas litteras et literalia instrumenta ipsius actoris modo praemisso a praefato Michaele Ficze tutore ipsius actoris extorsisset, dictosque septem boves, sedecim oves berbech vocatas, unum aequum, unam vaccam et unum florenum auri a praenominatis jobbagionibus et domina matre dicti actoris similiter iniuste pro se ipso receperit et abstulerit potentia mediante, an ne? more communis inquisitionis eosdem vicinos et commetaneos ac nobiles conprovinciales insimul convocatos seorsim et singulatim investigando, sciat, inquirat et experiatur meram, plenam atque omni

modam praemissorum certitudinis veritatem, et si ea hujusmodi veridica attestatione dictorum vicinorum et commetaneorum ac nobilium conprovincialium dicti comitatus rescriptam portionem possessionariam dicti actoris in dicta possessione Gyulafalva in dicto comitatu existente habitam per antefatum Michaellem Sthybor Gyula dictum, tempore in praedicto injuste pro se occupatam fore receperint, extunc eandem portionem possessionariam dicti actoris eidem restituat, perpetuo possidendam, contradictione praelibati Michaelis Sthybor Gyula dicti et aliorum quorumlibet praevia ratione non obstante, et post haec huiusmodi rescite veritatis praemissorum ac attestationis communis inquisitionis et restatutionis seriem, ut fuerit expediens, cum propriis et possessionum attestantium nominibus ad octavas festi epiphaniarum domini nunc venturas legitime perdurantes eidem nostrae personali praesentiae fideliter rescribatis. Datum in Keuhalom praedicta secundo die termini praenotati, Anno Domini 1462.³⁾

1) Mátyás király akkor hadsereget vezetett Mahomed szultán ellen, ki 250,000 fegyveressel Oláhországra tört.

2) Innen magyarázhatók a Sthybor Mihály hatalmaskodásai Gerhes Péter ellen, ki Pap Nánnal folytonos viszálykodásban élt.

3) Leleszi Convent (Protocoll actorum Anni 1764. pag. 161.)

1463. Február 24. Buda. Corvin Mátyás király rendelete az iránt, hogy Nagy-Dolhai Mihály Vajda, Alsó-visói Pap Miklós, Mandra Costa és Kövesligeti (Dragoesti) Miklós a Konyha kerülethez tartozó Alsó-Visó birtokába beiktattassanak. A beiktatás ellenmondás nélkül történik.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentium noticiam habeturis, Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez salutem in omnium Salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas vestre serenitatis statutorias nobis directas honore et reverencia quibus decuit recepimus in hec verba. Mathias Dei gratia rex Hungarie, Dalmatie, Croacie etc. Fidelibus nostris conventui ecclesie sancte Crucis de Lelez, salutem et

gratiam. Cum nos consideratis et attentis multimodis fidelitatibus et fidelium servitorum gratuitis meritis fidelis nostri egregii Michaelis Vajda dicti de Nagy Dolha, per eum uti didicimus primum sacre dicti regni nostri Hungarie corone, tandemque maiestati nostre juxta sue possibilitatis exigentiam cum omni fidelitatis constantia exhibitis et impensis, possessionem nostram Also-Vysso vocatam in comitatu Maramorosensi, et districtu de Kohnya habitam, simul cum cunctis ejusdem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, memorato Michaeli Vayda dicto de Nagy Dolha et per eum Nicolao Pap, Mandra Koztha de Also-Visso, et alteri Nicolao de Dragojesth, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis, vigore aliarum literarum nostrarum donationalium exinde confectarum in perpetuum contulerimus, velimusque eosdem in dominium ejusdem per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci. Ideo fidelitati vestre harum serie firmiter precipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Michael, aut Petrus de Farkasreue, sive Georgius Vanch de Vanchfalva, neve Ivan Dyak de Dragomerfalva aliis absentibus homo noster ad facies predictae possessionis Also-Vysso vocatae, vicinis et commetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatos Michaellem Vayda, ac Nicolaum Pap et Mandrakozth, et alterum Nicolaum de Dragojesth in dominium ejusdem, statuaturque eandem eisdem simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet premissae nostrae donationis titulo ipsis incumbente perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra annotatum Michaellem Vayda, et alios predictos nostram personalem in presentiam ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros efficacem. Et post hec hujusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premissae statutioni intererunt nominibus, terminoque assignato eidem nostrae personali presentie fideliter rescribatis. Datum Bude feria quinta proxima ante Dominicam Invocavit. Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo tercio. Nos igitur mandatis vestre serenitatis obedire cupientes ut tenemur, una cum prefato Ivan Dyak de Dragomerfalva homine vestre serenitatis unum ex nobis videlicet fratrem Anthonium presbyterum Junioem ad premissam statucionem faciendam nostro pro testimonio duximus transmittendum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt. Quod ipsi octavo die festi sacratissimi corporis Christi proxime preteriti, ad facies prescripte

possessionis Also-Visso vocate in prescripto comitatu Maramorosiensi et districtu de Kohnya existentis habite, vicinis et commetaneis eiusdem universis videlicet Iohanne et Simone de Kohnya, ac Iohanne, et Luca de Zelestye inibi legitime convocatis et presentibus accessissent, prefatosque Michaellem Vayda ac Nicolaum Pap, Mandra Koztha et alterum Nicolaum de Dragojeth in dominium eiusdem introduxissent, ac eandem eisdem simul cum cunctis eiusdem utilitatibus et pertinentys quibuslibet premissis vestre nove donacionis titulo ipsis incumbente statuissent, perpetuo possidendam. In cuius facie legitimis et consuetis diebus permanendo nullo contradictore inibi apparente. In cuius rei memoriam stabilitatemque perhempnalem presentes literas nostras privilegiales sigilli nostri appensione munimine roboratas duximus concedendas. Datum sedecimo die diei Introductionis et stationis ante dictarum. Anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio supradicto.

Leleszi Convent (Statutoriarum D. No 50. anni 1463.); megvan a Kövesligeti Pap család productionalis perénél is a vármegye levéltárában III. 1783/42. sz. a. Magát az iktatási parancsot jelentés nélkül közlé gr. Teleky J. Hunyadiak kora XI. k. 46. I. — Pap Miklóstól származik a Visói nemes Pap család és Dragoesti Miklóstól a Kövesligeti nemes Pap család. — Kövesligetről nemességet igazoltak 1752. évben a Risko (1402.) Roman (1402.) Orosz (1634.); 1763—1769. években a Szilágyi (1620.) családok.

263.

1463. Februar 26. Buda. Corvin Mátyás király Dolhai Ambrusnak és fiainak Demeter, György, László, János, Miklós és Péternek új adományként adományozza Kusnieza és Kereczke Beregmegyei birtokokat, melyeket Dolhai Ambrus már Hunyadi János besztorezei gróf idejében, a törökök és más ellenségek elleni hadjáratokban vére ontásával tett szolgálatai fejében megszerzett.

Nos Mathias Dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis. Quod nos attentis fidelibus servicijs rebusque egregie gestis sub diversitate locorum et temporum fidelis nostri egregij Ambrosij de

Dolha, que ipse progenitorum nostrorum et nostris temporibus diu multumque et pro defensione sacre regni nostri corone partim contra Turcos christiani nominis inimicos, partim adversus alios emulos regnum nostrum populantes gessit. Considerantes eciam quod ipse Ambrosius sepe numero cum hoste conflixerit et pro honore et amplitudine nostre Maiestatis non solum certamen gloriosum inivit, sed eciam cruenta vulnera suscipere et sanguinem habunde fundere non formidavit, volentes igitur subditorum nostrorum quaslibet res memoratu dignas regali munificencia decorare, ut reliqui subditi avidi laudis et cupidi glorie magnum et memorabile factum summa ope aggredi, laboresque et rerum omnium industriam ultro suscipere enitantur, possessiones Kwsnijtza et Kereczke vocatas in comitatu de Bereg existentes et habitas, in quarum pacifico dominio idem Ambrosius per certa tempora, virtute donacionis condam illustris domini Iohannis de Hwnyad comitis Bistriciensis etc. genitoris nostri carissimi felicis memorie perstitit, persistereque asserit eciam de presenti, item totum et omne jus nostrum regium, si quod in dictis possessionibus Kwsnijtza et Kereczke qualitercunque haberemus, aut nostram ex quibusvis causis, vijs, modis et rationibus concerneret maiestatem, simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinencijs quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, fenetis, silvis, rubetis, nemoribus, virgultis, montibus, vallibus, vineis, vinearum promontorijs, aquis, fluvijs, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, molendinis molendinorumque locis, et generaliter quarumlibet utilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, ad easdem de jure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus, sub suis veris metis et antiquis, premissis sic ut prefertur stantibus et se habentibus, memorato Ambrosio de dicta Dolha et per eum Demetrio, Georgio, Ladislao, Iohanni, Nicolao et Petro filijs ipsius, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis nove nostre donacionis titulo dedimus, donavimus et contulimus, immo damus donamus et conferimus jure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possidendas pariter et habendas, salvo jure alieno, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas in formam nostri privilegij redigi faciemus dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Bude die Sabbati ante dominicam Invocavit. Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo tercio,

264.

1463. Február 26. Buda. Corvin Mátyás király rendelete az iránt, hogy Dolhai Ambrus és fiai Demeter, György, László, János, Miklós és Péter Kusnicza és Kereczke birtokába beiktattassanak. A beiktatás ellenmondás nélkül történik.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentium notitiam habituris. Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez, salutem in salutis largitore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas serenissimi principis domini Mathie Dei gratia regis Hungarie, Dalmatie, Croatiae etc. statutorias nobis directas honore et reverentia quibus decuit recepimus in hec verba. Mathias Dei gratia rex Hungarie, Dalmatie, Croatiae etc. fidelibus nostris conventui ecclesie sancte crucis de Lelez salutem et gratiam. Cum nos pro fidelibus servitijs fidelis nostri egregij Ambrosij de Dolha, per eum nobis ac sacre regni nostri Hungarie corone sub locorum et temporum varietate cum omni fidelitatis constantia exhibitis et impensis, possessiones Kwsnijtza et Keretzke vocatas, in comitatu de Bereg existentes et habitas, in quarum pacifico dominio idem Ambrosius per certa tempora virtute donationis condam domini Iohannis de Hwnyad comitis perpetui Bistriciensis etc. Genitoris nostri carissimi felicitis memorie perstitit, persistereque se asserit etiam de presenti, item totum et omne Jus nostrum regium, si quod in dictis possessionibus Kwsnijtza et Keretzke qualitercunque haberemus, aut nostram ex quibuscunque causis, vijs, modis et rationibus concernerent maiestatem, simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentijs quibuslibet, premissis sic ut prefertur stantibus et se habentibus, memorato Ambrosio de dicta Dolha et per eum Demetrio, Georgio, Ladislao, Iohanni, Nicolao et Petro filijs ipsius, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis vigore aliarum literarum nostrarum exinde confectarum, nove nostre donationis titulo in perpetuum contulerimus, velimusque eosdem in dominium dictarum possessionum et Iuris nostri regij in eisdem habiti per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci. Ideo fidelitati vestre mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Sandor de Bijlke, vel Stephanus de Rakoltz, aut alter Stephanus de Lijpse, sin Iohannes Garzo de dicta Bijlke, alijs absentibus, homo noster ad facies prescri-

ptarum possessionum Kwsnijtza et Kereczke vocatarum, consequenterque iuris nostri regij in eisdem habiti, vicinisque et commetaneis earundem inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat memoratos Ambrosium ac Demetrium, Georgium, Ladislaum, Iohannem, Nicolaum et Petrum filios eiusdem in dominium earundem, statuaturque easdem et idem eisdem, simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentijs, premissis nostre donationis titulo ipsis incumbente perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatum Ambrosium et alios predictos nostram personalem in presentiam ad terminum competentem rationem de premissis reddituros. Et post hec huiusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premissis statucioni intererunt nominibus terminoque assignato eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude Sabbato ante dominicam Invocavit. Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio. Nos igitur preceptis et mandatis annotati domini nostri regis obedire cupientes, ut tenemur, una cum prefato Sandorino de Bijlke homine eiusdem domini nostri regis unum ex nobis, videlicet fratrem Anthonium presbiterum juniorem ad premissa fideliter peragenda nostro pro testimonio duximus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis voce consona retulerunt, quod ipsi in dominica Oculi proxime preterita ad facies prescriptarum possessionum Kwsnijtza et Kereczke vocatarum comitatu in prescripto existencium, consequenterque prescripti iuris regij ipsius domini nostri regis in eisdem habiti, vicinis et commetaneis earundem et eiusdem videlicet Iohanne Waywoda officiali de Zenthmiklos ac Stephano de Bilke et altero Stephano de Lijpse inibi legitime convocatis et presentibus accessissent, in quarum et cuius faciebus legitimis et congruis diebus permanentes, prefatosque Ambrosium de dicta Dolha ac Demetrium, Georgium, Ladislaum, Iohannem, Nicolaum et Petrum filios eiusdem in dominium premissarum possessionum Kwsnijtza et Kereczke ac prescripti iuris regij dicti domini nostri regijs introducentes easdemque et idem, simul cum prescriptis cunctis earundem utilitatibus et pertinentijs quibuslibet, premissis donationis titulo prefati domini nostri regis eisdem incumbente statuissent perpetuo possidendas, nullo penitus contradictore inibi apparente. In cuius rei memoriam stabilitatemque perhempnalem presentes literas nostras privilegiales sigilli nostri appensione munimine roboratas duximus concedendas. Datum sedecimo die diei introductionis et statutionis

prenotatarum. Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio supradicto.

Leleszi Convent (Statutoriarum D. No 47.) közlé gr. Teleky J. Hunyadiak kora XI. k. 50 l.

265.

1463. Buda. Corvin Mátyás király rendelete az iránt, hogy Dolhai Ambrus és testvére Mihály Also-Visó birtokába beiktattassanak. Jelentés a beiktatásról hiányzik.

Mathias Dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, conventui ecclesie sancte crucis de Lelez, salutem et gratiam. Cum nos pro fidelibus Ambrosy de Dolha per eum nobis ac sacre regni nostri Hungarie corone sub locorum te cum omni fidelitatis constancia fideliter et constanter exhibitis et inpensis, possessionem Also-Viso Maramarosiensi existentem habitam, simul cum cunctis eiusdem utilitatibus et pertinencys quibuslibet . . . et per eum Michaeli de predicta Dolha fratri suo carnali ipsorumque heredibus et posteritatibus universis literarum nostrarum exinde confectarum de manibus nostris regys in perpetuum contulerimus, velimusque . . . possessionis Also-Viso per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci, superquo fidelitati quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Sandor de Bilke vel Stephanus aut alter Stephanus de Liptse, sin Ioannes Gorzo de dicta Bilke, aliis absentibus homo noster ad faciem Also-Viso vocate, vicinisque et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat memoratos Ambrosium et Michaellem in dominium eiusdem, statuatque eandem eisdem simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet premissis nostre donationis titulo ipsis in cumb perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatos Ambrosium et Michaellem nostram personalem in presenciam ad terminum competentem racionem de premissis reddituros, et post hec huiusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetane-

orum, qui premisse statucioni intererunt nominibus terminoque assignato eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude die Sabbatto ante Dominicam . . . Anno Domini M^o CCCC^o LX. tercio.

Leleszi Convent (Statutoriarum D. No 254.) Másolat Petrovay Györgytől.

266.

1463. Márczius 1. Buda. Corvin Mátyás király rendelete a Dolhai Ambrus birtokai Dolha, Kusnicza, Kereczke, Zádnya, Bronyka és Polonya határai bejárása iránt. A határok ellenmondás nélkül megállapítottak.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentium notitiam habituris Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez, salutem in omnium Salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, Quod nos litteras serenissimi principis domini Mathie Dei gratia regis Hungarie, Dalmacie Croatie etc. reambulatorias nobis directas, honore et reverentia, quibus decuit, accepimus in hec verba. Mathias Dei gratia rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc. Fidelibus nostris conventui de Lelez salutem et gratiam. Dicit nobis fidelis noster egregius Ambrosius de Dolha, quomodo possessiones sue, Dolha predicta, ac Kusnicza, Kereczke, Zadnia, Bronyka et Polonya vocate, in comitatu de Beregh apud manus suas habite, ipsum pleno juris titulo concernentes, legitima reambulatione, ac metarum erectione plurimum indigerent. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Sthanislaus de Lipse, vel Gregorius de Komlos, aut Thomas de eadem, sin Sandrinus de Bilke, alijs absentibus homo noster ad facies dictarum possessionum Dolha, Kusnicza, Kereczke, Zadnya, Bronyka et Polonya vocatarum, vicinis et commetaneis earundem universis inibi convocatis et presentibus accedendo, reambulet easdem per suas veras metas et antiquas, novas juxta veteres in locis necessarijs erigendo, reambulasque et ab aliorum juribus possessionarijs metaliter separatas et distinctas relinquat prefato Ambrosio jure ipsi incumbente perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos

contra prefatum Ambrosium nostram personalem in presentiam, ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros, et post hec huiusmodi possessionum reambulationis et metarum erectionis seriem, cum cursibus metarum inibi erigendarum, contradictorumque et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse reambulationi intererunt nominibus terminoque assignato, nostre personali presentie fideliter rescribatis. Datum Bude feria tertia proxima post dominicam Invocavit, Anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio. Nos igitur preceptis et mandatis dicti domini nostri regis satisfacere volentes ut tenemur, una cum prefato Sandrino de Bilke homine ejusdem domini nostri regis, unum ex nobis videlicet fratrem Antonium presbyterum junioem ad premissa peragenda nostro pro testimonio transmisimus fidedignum. Qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi feria secunda proxima post dominicam Oculi preteritam, ad facies predictarum possessionum Dolha, Kusnicza, Kereczke, Zadnya, Bronyka et Polonya vocatarum comitatu in prescripto existentium, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accessissent, easdemque per suas veras metas et antiquas, novas juxta veteres in locis necessarijs erigendo, undique reambulassent, reambulatasque ab aliorum juribus possessionarijs metaliter separatas et distinctas prefato Ambrosio de Dolha jure sibi incumbenti commisissent perpetuo possidendas nullo contradictore. Mete autem, et cursus metales, quibus ipsi predictas possessiones Dolha, Kusnicza, Kereczke, Zadnya, Bronka, et Polonya ab aliorum juribus possessionarijs separassent et distinxissent, prout iidem dicti domini nostri regis, et noster homines nobis expresserunt hoc ordine protenderentur. Quod primo incepissent a parte occidentali, et a parte possessionis Bilke, penes fluvium Sebespataka vocatum, ubi idem fluvius olim cursum habuisset et idem fluvius caderet in fluvium Borsova, ubi due mete terre antique haberentur, quarum una Bilke et alia Dolha possessionibus predictis metaliter essent separantes, quas de novo renovassent, inde per ipsum fluvium Sebespathaka contra meatum ejusdem supra ad plagam septemtrionalem eundo, venissent ad locum, ubi ipse fluvius duplicaretur, et inde in ipsa duplicatione relinquendo ipsum fluvium jungeret quoddam Bercz, et per ipsum Bercz ad eandem plagam pergendo attigissent sylvam Medve Barlaga vocatam, ubi due mete terre antique haberentur, predictisque possessionibus Dolha et Bilke forent distingventes, quas de novo renovassent. Abhinc in eandem plagam septentrionalem venissent

ad unum Kőzbercz declinando ad plagam orientalem attigissent fluvium Kovaczpathaka vocatum, et de illo loco declinando ad eandem plagam orientalem pervenissent ad quandam locum, qui vocatur Uthijath, et abinde de illo loco ulterius procedendo similiter ad eandem plagam orientalem pergendo venissent ad quandam viam, per quam viam itur ad possessionem Ardanfalva, que via veniret de Kereczke, et per illam viam similiter irent ad dictam possessionem Ardanfalva, ubi invenissent quandam fontem a parte Isaak, quem pro meta reliquissent, ab hinc de illo fonte tendendo per magnum spatium eundo per eandem Kőzbercz pervenissent ad quandam viam, que via iret de dicta possessione Kereczke ad possessionem Zolywa, ubi in vertice montis duas metas terreas erexissent, quarum unam eidem Zolywa, alteram autem Kereczke possessionibus reliquissent, et abinde per magnum spatium eundo pervenissent ad quandam locum qui vulgo Savanyz vocaretur, quem pro meta deputassent, deinde ab illo loco per parvum spatium eundo per Kőzbercz venissent ad alpem, qui vocaretur Borsowa havassa, et per Kőzbercz venissent ad verticem alpis, qui vulgo Naghthethew¹⁾ vocaretur, quem pro meta relinquissent, et de illo loco procedendo per cacumen ipsius alpis, per longum spatium eundo super, ad orientem pervenissent ad viam, et illam viam modo simili pro meta relinquissent, et de illo loco ulterius procedendo per verticem alpis, pervenissent ad magnum lapidem, qui lapis vocatur Verpelipecz,²⁾ et ab illo Lapide infra eundo per longum spatium declinando ad dictam plagam orientalem pervenissent ad quoddam Bercz, et illud pertranseundo pervenissent ad quandam rivulum qui vocaretur Bukvecz,³⁾ et de illo rivulo super ad eandem plagam orientalem pergendo attigissent quandam montem, qui similiter Bukvecz vocaretur, et ab illo monte declinando ad meridionalem plagam pervenissent ad quandam locum, qui vocaretur Zthoss, ubi fluvius Ritska, ibidem fluvium pertransissent, et de illo fluvio ulterius procedendo, venissent ad unum montem, et illum montem pertranseundo attigissent quandam fluvium Thuska, quem pro meta relinquissent, et illum fluvium directe pertranseundo super ad meridiem attigissent quandam viam, per quam viam de dicta possessione Kusnicza itur ad terram Ruthinorum, quam pro meta reliquissent, et de illa via, recte ad eandem meridiem pervenissent ad quandam rivulum qui vocaretur Puthnij, quem pro meta commisissent, et de illo rivulo per longum spatium eundo, et ad plagam orientalem declinando venissent ad unum Kőzbercz Montsol vocatum, indeque transeundo ipsum Bercz, attigissent fluvium Kuzypathaka,

ab hinc venissent ad locum, ubi ipse fluvius cadit in alium fluvium Iza nominatum, et deinde declinando ad dictam plagam meridionalem jungeret quoddam Közbercz, inde ad eandem plagam tendendo venissent ad unam sylvam montosam Velo Zopanka nuncupatam, quam includendo amplius jungeret locum Csaholts vocatum, inde ad eandem plagam pergendo venissent ad unum Közbercz, ab hinc ad eandem plagam jungeret montem Dobocz vocatum, et hinc venissent ad viam, que de dicta possessione Dolha duceret ad possessionem Lipse vocatam, penes quam una meta terrea antiqua haberetur, quam renovassent, amplius per ipsum montem Dobocz eundo, jungeret aliam viam de possessione Mijsthichew ad dictam possessionem Lipse dirigentem, ubi penes ipsam viam esset una meta terrea antiqua quam renovassent, deindeque declinando ad plagam occidentalem attigissent fluvium Sebespathaka, ubi olim idem fluvius Sebespathaka cursum habuisset, et ibidem mete et cursus metales predictarum possessionum Dolha, Kusnicza, Kereczke, Zadnya, Bronyka, et Polonya terminarentur. In quorum premissorum memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales sigilli nostri appensione munimine roboratas duximus concedendas. Datum sedecimo die diei executionis premissorum, Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio supra dicto.⁴⁾

¹⁾ Naghthethew=Nagyhegy (1598. m.) Borsowahavas=Stoj (1679. m.)

²⁾ Verpelipecz=Pilipecz.

³⁾ Bukvecz=Bukovecz=Bukócz.

⁴⁾ Leleszi Convent (Metalium Cottus de Bereg No. 31.) Közlé gr. Teleky József: Hunyadiak kora XI. k. 53. l.

267.

1463. Julius 25. Sopron. István kalocsai érsek, János váradi püspök, Pálóczi László országbiró és Szapolyai Imre főkincstartó s a felsővidék főkapitánya tudósítják a 7 szászszéket, hogy az ország szent koronája, mely régóta elidegenítve volt, visszaadatott és kezeik közt van, mely örvendetes hír vivőit Bizófalvi Bizo Simont és Nagy Lászlót örvendve visszaküldeni kéri.

Prudentes et Circumspecti amici nobis dilecti. Has novitates gaudij vobis scribere possumus, quod divina favente clementia die dominico in profesto videlicet beati Iacobi apostoli proxime preterito circa horam sextam eiusdem diej, sacra corona regni Hungarie que dudum ab hoc regno alienata fuerat, domino nostro generoso regj et regno pretacto restituta est, et existit in manibus nostris, super quibus gaudiis, scimus bene, ut multum congratulamini et gaudetis, pro cuius gaudii ad vos delatione deputamus erga vos, nobiles Simonem Byzo¹⁾ de Byzofalva et Ladislaum Magnum, quos pro tam alte rei et magni gaudii ad vos deportatione rogamus, ut eosdem iterato, ad nos cum gaudio remittatis. Datum Sopronii in festo beati Jacobi apostoli Anno dominij millessimo quadringentesimo sexagesimo tertio.

Stephanus ecclesiarum Colocensis et Baciensis

Archiepiscopus, locique ejusdem comes perpetuus

Johannes Episcopus ecclesie Waradiensis

Comes Ladislaus de Palocz judex curie regie

ac Emericus de Zapolya summus thesaurarius

Regius partiumque superiorum regni Hungarie supremus
capitaneus.²⁾

¹⁾ Bizo Simon akkor a vármegye követje volt. Utóbb a főispáni méltóságot is viselte, mikép az 1465. apr. 23-án kelt oklevél igazolja. Ugyanezen oklevélben említették Szaplonczai Nagy Mihály, ki a vármegye másik követével egy családból való lehetett.

²⁾ Közlé egy hasonmással gr. Teleky J. Hunyadiak kora XI. k. 75. l.

268.

1464. Január 18. A leleszi convent igazolja, hogy Szarvasszói Gerhes Péter tiltakozott előtte a miatt, hogy Gyulafalvi Stibor Mihály az előző évben több bűntársával s fegyveres kézzel szarvasszói Curiájára rontott, feltörte házainak ajtait és szekrényeit, elvette ingóságait és okiratait, elhajtotta ménesét és marháit, fiát Simont halálosan megsebesíté, s fogóságba vivé, s okiratain kívül 400. arany forint kárt okozott.

Nos Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez memorie commendamus, quod Petrus Gherhes de Zarvazo nostram veniens in presenciam in sua ac Symonis filij sui personis dixit nobis protestando, quomodo Michael Stibor de Gywlafalwa in anno proxime transacto videlicet circa festum Epiphaniarum domini proxime transacto ymo advocatis sibi non nullis complicitibus suis et malefactoribus ad domum et curiam prefatorum exponencium in prefata possessione Zarvazo vocata in comitatu Maramarosiensi existente habitam, manibus armatis et potenciarys irruendo, ibique hostia domorum dictorum exponencium confringendo, scriniaque eorumdem dissecando et abinde universas res et quelibet bona domo in eadem repertas et inventa, necnon literas et litteralia eorum instrumenta facta et lura possessionaria prelibatorum exponencium tangencia et concernencia, scrinio de predicto abstulisset, eo non contentus idem Michael Stibor una cum prenominatis complicitibus secum adherentibus prefatum Symonem exponentem captivando ac letalibus vulneribus sauciasset, nec non equos equacias pecudesque et pecora dictorum querulancium esportasset et recepisset. In quibus prelibatis exponentibus demptis literis et litteralibus instrumentis dampna quadringentorum florenorum auri erogasset et abstulisset potencia mediante. In prejudicium et dampnum dictorum querulancium valde magnum. Datum in festo beate Prisce virginis, Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto.

Papirra irt, pecséttel ellátott eredetiből.

269.

1464. Marczius 18. Buda. Corvin Mátyás király halasztó levele, melylyel Sugatagi Mikle fiának Jánosnak pere Ficze Mihály fia Perse és érdek társai ellen elhalasztatik.

Nos Mathias Dei gratia rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Damus pro memoria, quod causam, quam Iohannes fillus Mikle de Sugatagh, contra Perse filium Michaelis Ficze, Georgium similiter Ficze, alterum Georgium Ivanka, ac Ivanka et Vlad necnon dictum Michaelem Ficze, juxta continentias litterarum nostrarum prorogatoriarum super factis in litteris conventus ecclesiae de Lelez inquisitorys, attestatorys, restatutorys, evocatorys et insinuatorys, per modum proclamatae congregationis generalis emanatis, contentis, in octavis festi Epiphaniarum Domini movere habebat, coram nostra speciali praesentia, ex deliberatione praelatorum et baronum nostrorum, ac regni nostri procerum ad octavas festi beati Georgy martyris nunc venturi duximus prorogandam. Datum Budae sexagesimo sexto die Octavarum festi Epiphaniarum Domini praedictarum. Anno ejusdem millesimo quadringesimo sexagesimo quarto. Pro Ioanne filio Mikle de Sugatag, contra Perse filium Michaelis Ficze de Gyulafalva et alios introscriptos ad octavas festi beati Georgii martyris prorogatoria etc. etc.

Kodra Jánosnak Porse Callistrat elleni pere irataiból a vármegye levéltárában III. 1774/20.

270.

1464. Junius 7. Farkasrévi Leuke Péter testvérével Mihálylyal és Karácsonfalvi Péterrel tiltakoznak az ellen, hogy Karácsonfalva birtokának egy harmad része Porkolab Andrásnak és nejének nemes Mártha asszonynak adományoztassék.

Nos Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez memorie commendamus, quod Petrus Leuke de Farkasrev nostram personalem veniens in presenciam in sua et Michaelis similiter Leuke de dicta Farkasrev fratris carnalis et Petri de Karachonfalva personis . . . regiam maiestatem a donacione et collacione, Andream vero dictum Porkolab ac nobilem dominam Martham consortem eiusdem ab impetracione et conferri tercie partis dicte possessionis Karachonfalva vocate in comitatu Maramarosiensi existentis habite, occupacioneque et detencione et utilitatum eiusdem quarumcunque percepcione Datum octavo die festi sacratissimi corporis Christi. Anno eiusdem millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto.

Papirra irt, hátlapján pecséttel ellátott eredetiből Jura Jánosnál. Mintegy harmad része olvashatlan.

271.

1464. Junius 29. Corvin Mátyás király megerősít és átír két oklevelet, melyek egyike Konyha birtok Keneziatusának Konyhai Simon, testvére János és hasonnevű unokatestvére részére általa történt adományozását, másika nevezetteknek ugyan azon Keneziatusba történt törvényszerű beiktatását tartalmazza.

Commissio propria Domini Regis.

Mathias Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie, Bulgarieque rex. Omnibus Christi fide-

libus presentibus pariter et futuris, presencium noticiam habituris, salutem in omnium Salvatore. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum, decet maiestatem regiam facilem prebere consensum, in hys presertim qui videntur suorum subditorum commodis utiliter convenire. Proinde ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod fideles nostri Symon de Kohnia, ac Iohannes carnalis et alter Iohannes patruelis fratres eiusdem Symonis nostre maiestatis venientes in conspectum, exhibuerunt nobis et presentaverunt quasdam duas literas, unam nostram patenter confectam, secreto sigillo nostro, quo ante felicem coronacionem nostram utebatur, consignatam, qua mediante nos Kenesiatum possessionis Kohnya in comitatu Maromorosiensi existentis et habite, simul cum cunctis utilitatibus et pertinencys suis, eisdem Symoni ac Iohanni carnali, et alteri Iohanni patrueli fratribus suis, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis in perpetuum dedisse et contulisse dinoscimur, aliam vero conventus ecclesie sancte crucis de Lelez, sigillo eiusdem, quo utitur, impendente communitam, super legitima statuacione eiusdem Kenesiatu, ipsis Symoni ac utrique Iohanni, per ipsum conventum nullo contradicatore apparente, facta emanatam, tenorum subsequencium. Supplicantes maiestati nostre idem Symon ac uterque Iohannes, ut nos dictas ambas literas ratas, gratas et acceptas habere, literisque nostris privilegialibus de verbo ad verbum inseri, et inscribi facere, ac pro ipsis Symone et utrique Iohanne, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis innovantes perpetuo valituras confirmare dignemur. Quarum quidem literarum unius videlicet nostre tenor talis est, Nos Mathias etc. (vide sub. No. 242.) Alterius vero scilicet prefati conventus tenor sequitur in hec verba, Omnibus Christi fidelibus etc. (vide sub No. 243.) Nos igitur humilibus et devotis supplicacionibus prefatorum Symonis ac utriusque Iohannis per eos nostre modo quo superius porrectis maiestati regia benignitate exauditis et clementer admissis, prescriptas ambas literas non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sua parte suspectas, sed omni porsus suspicionis vicio carentes, presentibusque literis nostris privilegialibus de verbo ad verbum, sine diminucione et augmento aliquali insertas, quoad omnes earum continencias, clausulas et articulos, eatenus quatenus eodem rite et legitime existunt emanate, viresque earum veritati suffragant acceptamus, approbamus et ratificamus, easque nichilominus et omnia in eis contenta pro ipsis Symone, et utrisque Iohanne, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis innovantes, perpetuo valituras confirmamus, presentis scripti

nostri patrocinio mediante. Salvis juribus alienis, in cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam, presentes literas nostras pendentis et autentici sigilli nostri dupplicis munimine roboratas (sic.) Datum per manus reverendissimi in Xro patris domini Stephani ecclesiarum Colocensis et Baciensis Archiepiscopi, locique eiusdem Colocensis comitis perpetui. Aule nostre summi cancellary fidelis nostri dilecti. Anno domini millesimo quadingentesimo sexagesimo quarto, tredecimo Kalendaris mensis Iuly, regni nostri anno septimo coronacionis vero primo. Venerabilibus in Christo patribus dominis Dijonjsio de Zech Cardinali Strigoniensi, eodem domino Stephano Colocensi archiepiscopis, Ladislao Agriensis, Iohanne Varadiensis, Nicolao Transsilvaniensis, Zagradiensi sede vacante, Iohanne Quinqueecclesiensis, Alberto Vespremiensis, Augustino Iauriensis, Vincencio Vaciensis, Alberto Chanadiensis, Thoma Nitriensis, Bosnensi sede vacante, Urbano Sirmiensi, Marco Tinninensis, Segniensi sede vacante, Nicolao Modrusiensis ecclesiarum episcopis, ecclesias Dei feliciter gubernantibus. Item magnificis Michaele Orzag de Gwth regni nostri Hungarie predicte palatino, Emerico de Zapolya regni Bozne gubernatore, Nicolao de Vylak et Iohanne Pongracz de Dengeleg Wayvodis Transsilvanensibus, comite Ladislao de Palocz Iudice Curie nostre, eodem Emerico de Zapolya Dalmacie, Croacie, Slavonie regnorum nostrorum et prefato Nicolao de Vylak Machoviensi Banis, honore banatus Sewriniensis vacante, Iohanne de Rozgon Thavernicorum, Benedicto de Thurocz Ianitorum, Emerico de Palocz prefata pincernarum, Ladislao de Bathor dapiferorum, Ladislao de Kanisa et Pertholdo Elderboh de Monyorokerek Agazonum nostrorum regalium magistris, Andrea Pawmkyher Posoniensi, Petro de Zakol Themesiensi comitibus. Alysque quam pluribus regni nostri comitatus tenentibus et honores.

Pergamenre irt, peccséttel ellátott eredetiből dr. Márts Illés ügyvédnél.

272.

1465. April 23. Buda. Corvin Mátyás király rendelete folytán vizsgálat tartatik Szarvasszói Gerhes Péter, Szaplonczai Lukács, Naan Mihály, Theodor, Sztán, Nagy Mihály és Thivadar Péter nemesek panasza felett, a remete sz. Pál rendjéhez tartozó s a szűz Máriának szentelt remetei kolostorban lakó szerzetesek ellen, kik egy nagy darab szántó földet, mely a Reketyés nevű halastótól a klastromig terjed, jogtalanul elfoglaltak; nagy számú tanúk Thathy László alispán a Bizo Simon főispán helyettese és a szolgabírák jelenlétében igazolják a hatalmaskodást, a szerzetesek a király széke elé idéztetnek.

Serenissimo principi domino Mathie Dei gracia regi Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. domino eorum generoso Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez oraciones in Domino pro vestra vita pariterque salute, literas vestre serenitatis comiti vel vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus Maramarosiensis preceptorias loquentes de commissione eiusdem vestre serenitatis patenter emanatas nobisque directas, honore et reverencia quibus decuit recepimus in hec verba, Mathias Dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. fidelibus nostris comiti vel vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus Maramarosiensis salutem et gratiam. Exponitur nobis in persona fidelium nostrorum nobilium Petri Gerhes de Zarwazo ac Luce de Zaponcza, Michaelis Naan dicti, Theodori Sthan, Michaelis Magni et Petri Thyvadar!) de eadem, quomodo in dominica Iudica proxime preterita religiosi fratres heremitarum ordinis beati Pauli primi heremite in claustro beate Marie Virginis in Maramaros fundato degentes, quandam magnam particulam terrarum arabilium penes fluvium Thicie ad possessionem eorum Zaponcza vocatam in dicto comitatu Maramarosiensi existentem, pertinentem a quadam piscina Rekethyies vocata incipientem usque ad claustrum ipsorum minus iuste et indebite pro ipsis occupari, terras eciam metas terreas earumdem distrahi fecissent potentia mediante, in preiudicium et dampnum dictorum exponencium valde magnum. Supplicatumque itaque extitit nostre maiestati ut ipsi superinde de remedio providere dignaremur opportuno, et quia nos huiusmodi actus potenciarior per quempiam regnicolarum

nostrorum committere, patrari commissosque et patratos simpliciter et impune pertransire nolumus, Ideo fidelitati vestre firmiter mandamus, quatenus receptis presentibus universis vicinis et commetaneis dicte possessionis Zaponcza, ceterisque nobilibus provincialibus dicti comitatus Maramorosiensis, quibus decet et licet ad unum certum et brevem terminum sedis vestre iudicarie per vos ipsis partibus prefigendum per modum proclamate congregacionis generalis in eandem sedem vestram iudicariam vestri in presenciam convocatis, ab eisdem ad fidem eorum Deo debitam fidelitatemque nobis et sacro nostro regio dyadematı observandam tacto dominice crucis signo per eos coram vobis ac Elia de Anchokfalwa vel Thoma de Bewde, aut Iohanne Mykle de Swgathag siue Petro de Parkasreve alys absentibus homine nostro regio et testimonio conventus ecclesie de Lelez ipsum conventum ad id presencium serie illuc transmitti iubemus, partibus eciam predictis vel eorum legitimis procuratoribus ante octo dies, seu terminum inquisicionis veritatis premissorum ac attestacionis ex hinc fac prefertur eis que partibus prefigendum, per unum ex vobis puta iudicem nobilium in aliqua possessionum seu porcionum possessionariarum parcium earumdem illac legitime vocatis et accersitis ac presentibus super certitudinis veritatum, qua rescita et comperta testimonio dicti conventus ecclesie de Lelez eosdem prefatos fratres heremitas nostram personalem in presenciam, racionem super premissis actibus potenciarıis reddituros, lıtis pendencia, si qua foret inter ipsos non obstante ut siue ipsi accersiti in predicto termino coram nostra personali presenciam compareant siue non, nos ad partis comparentis instantiam id faciemus in premissis, quod iuri videbitur expediri. Et post hec huiusmodi rescite veritatis premissorum ac attestacionis, evocacionis et insinuacionis seriem, cum proprijs et possessionum, attestancium evocatorumque nominibus octavas ad predictas per vos et dictum conventum eidem nostre personali presencie ut fuerit expediens suo modo rescribi volumus et mandamus. Presentibus perlectis exhibenti restituitis. Datum Bude in festo beati Adalberti martiris, Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto. Regni nostri anno octavo, coronacionis vero secundo. Nos itaque mandatis eiusdem vestre serenitatis satisfacere volentes ut tenemur, una cum prefato Thoma de Bedew, homine vestre serenitatis in eisdem literis vestris nominatim conscripto, unum ex nobis videlicet fratrem Iohannem presbiterum ad premissa peragenda nostro

pro testimonio transmissimus fidedignum, qui tandem exinde ad nos reversi, nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi feria tertia proxima post festum Penthecostes proxime preteritum de propria voluntate vicecomitis et iudicis nobilium dicti comitatus Maramarosiensis ad facies dictarum terrarum arabillum per dictos fratres occupatarum intra metas dicte possessionis Zapuncza existentium, diem scilicet sedis iudicarie predicti comitatus Maramarosiensis, et locum ubi iidem vicecomes et iudex nobilium dicti comitatus ipsam huiusmodi inquisitionem fieri voluissent, accessissent, universis vicinis et conmetaneis dicte possessionis Zaponcha, nobilibusque conprovincialibus prefati comitatus Maramarosiensis per modum proclamate congregationis generalis, in simul quorum presentibus eisdem prefato videlicet Petro Gerhes de Zarwazo, Luca de Zaponcza, Michaelae Naan dicto, Theodoro, Sthano, Michaelae Magno et Petro de eadem Zaponcza, item annotatis fratribus heremitis de possessione Remethe vocata, quemlibet videlicet eorum de porcionibus possessionariis in dictis possessionibus habitis ante octo dies diei seu termini huiusmodi inquisitionis veritatis premissorum, ac attestacionis ex hinc fiende, videlicet de festo beati Urbani pape Nicolaus de Bede predicta iudex nobilium antefati comitatus Maramarosiensis de dictis portionibus eorum possessionariis pro audendis et videndis fassionibus infrascriptis prefatorum vicinorum et conmetaneorum ac nobilium conprovincialium predicti comitatus Maramarosiensis illac evocari et accersiri fecissent, prefatisque Petro Gerhes de Zarwazo, Luca de Zaponcza, Michaelae Naan dicto, Theodoro, Sthano, Michaelae Magno et Petro actoribus personaliter, item religioso fratre Iohanne heremita in persona ceterorum fratrum heremitarum in dicto claustro degentium personis ut in causam attractis modo simili personaliter inibi adherentibus et presentibus accedendo, cumque eosdem vicinos et conmetaneos dicte possessionis nobilesque conprovinciales predicti comitatus Maramarosiensis ad fidem eorum Deo debitam fidelitatemque vobis et sacro vestro regio dyademati observandam tacto insuper dominice crucis signo per eos coram nobis ac Ladislao de Thathy vicecomite in persona Symonis Byzo dicti comitis,²⁾ necnon Michaelae de Krychfalva, Nicolao de Bede, Feyer de Gyulafalva et Iohanne Nemes de Wanchwkfalva iudicibus nobilium dicti comitatus Maramarosiensis prestitam super premissis idem vicecomes et iudices nobilium requisitos habuissent. Tunc primo iidem vicini et conmetanei ac viceconmetanei ac demum nobiles nobiles (sic) conprovinciales sepe dicti comitatus Maramarosiensis taliter fassi ex-

titissent, item primo Iohannes, Elyas et Thomas de Bede, Nicolaus de Also-Apsa, Nyezthor, Thomas, Syman Gorzo, Iohannes Thivadar, Radul, Cozmas de Kezepsew-Apsa vicini et conmetanei ex scitu, item Roman de Kekenyes, Iohannes de Nagy-Gania et Michael de Irholtz vicini et conmetanei prefate possessionis Zaponcza quilibet eorum ex scitu fassi fulssent, quod prefati fratres heremithe in dicto claustro beate Marie virginis in Maramaros fundato³) degentes quandam magnam particulam terrarum arabilium penes fluvium Thice ad possessionem dictorum exponencium Zaponcza vocatam pertinentem a quadam piscina Rekethes vocata incipientem usque ad clastrum ipsorum minus iuste ac indebite occupari, terreas eciam metas eorum distrahi fecissent, potencia mediante, item Sandrinus de Vaynak, Nicolaus de eadem, Andreas de Wglya viceconmetanei ex scitu, Erdew, Sthanus, alter Sthanus, Georgius ac Simon de eadem Wglya et Benedictus de Krichfalva viceconmetanei ex scitu, Ladislaus de Zlatyna, Barnabas de ea Iohannes Bank de Zarvazo, Lucas ac Dragus, Andreas, Danch, Sthanus et Thomas de eadem, Michael de Kabolapathaka, Iohannes, Michael, Lucas, Karachon, Symon et Michael de eadem viceconmetanei, quilibet eorum ex sci(tu fassi sunt) sic et eo modo veluti prenominati vicini et conmetanei prefate possessionis Zaponcza confessi fuissent, affirmassent, item Iohannes ac Demetrius de Somos conprovinciales ex scitu, Petrus, Thomas et al de Bwthfalva ex scitu, item Goztholya de Feyerfalva ex scitu Georgius, alter Georgius Iwanka Gywla et Dragus de Gywlafalva ex scitu, item Dragus, Sandrinus Lucas, Demetrius, Sandrinus de Budfalva Sandrinus de Zelfalva, Dragus, Petrus et Demetrius de Budfalva nobiles conprovinciales prefate possessionis Za(ploncza ex scitu fassi sunt sic et eomodo) veluti prenominati vicini et conmetanei fassi fuissent, per omnia comprobassent, premissis itaque inquisitione et attestacione eorundem vicinorum et conmetaneorum ac viceconmetaneorum conprovincialium modo et ordine quo premittitur peractis et celebratis prenominato Ladislao de Thaty vicecomite in persona memorati Symonis Byzo comitis ac iudicibus nobilium antefati comitatus Maramarosiensis antedictas particulas terrarum arabilium occupatas et terreas metas ut prefertur distractas ex premissis attestacionibus clare experissent. Unde idem homo vestre serenitatis predicto nostro testimonio prenominatos fratres heremitas in dicto claustro⁴) degentes ibidem et eodem die contra memoratum Petrum Gerhes de Zarvazo et

alios prescriptos ad octavas festi beati Iacobi Apostoli nunc venturi vestre serenitatis personalem evocassent in presenciam rationem de premissis actibus potenciaris reddituros, premissa litis pendentia si qua foret inter ipsos non obstante. Insinuassentque ibidem eisdem, ut sive ipsi terminis in predictis coram eadem vestra personali presentia compareant, sive non, vos ad partis comparentis instancliam id faceretis in premissis, quod juri videbitur expediri. Datum decimo die diei evocacionis insinuacionisque et execucionis prescriptarum. Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto supradicto.⁵⁾

¹⁾ A panaszosok közt említett Szaploneczai Sztán és Thivadartól származnak a hasonló nevű nemesi családok, melyeknek elseje kiterjedt és mai nap is birtokos Szaploneczán; másikából a századok folyamán át sok előkelő és jeles férfiú származott, többek közt Szaploneczay József idősb királyi tanácsos első alispán (†1811.) Szaploneczay József kir. törvényszéki elnök (†1880.) stb.

²⁾ Ezen Bizó Simon főispán, mint követ részt vevén az 1463. évi országgyűlésen, megbízást nyert az ezen okiratban említett Nagy Lászlóval együttesen, hogy a sz. korona visszaszerzésének örvendetes hírért az erdélyi szászoknak megvigyék: a nemes Bizó család mai nap is birtokos Konyhán, Dragomerfalván stb.

³⁾ Ezen kolostor jószágát 1556-ban Szigeti Litterati Pál adományként nyerte; a Petrovics Péter által kiadott iktatási parancsban állittatik, hogy a kolostor elpusztult, s azt a barátok elhagyták; a beiktatásnak ellenmondtak Petrovay Lőrincz és atyafiai, továbbá Kegyes András Técső város bírása, annak esküdtjei és mások.

⁴⁾ Szent Mária kolostora Remetén romokban hever, de a mellette tiszta goth stílusban épült templom egy magaslaton mai napig is áll, és Istennek rúthen rítus szerinti dicsőítésére szolgál.

⁵⁾ Papirra szer felett apró betűkkel írt, igen nehezen olvasható, szakadozó és elmosódott eredetiből, hátlapján pecsét nyomaival.

273.

1465. Május 2. Buda. Corvin Mátyás király rendelete a leleszi conventhez az iránt, hogy Dolhai Ambrusnak Dolha, Zadnya, Bronka, Kusnicza, Kereczke, Rókamező Bereg megyei, továbbá Szurdok, Rozalia, Polyana és Sajó máramarosi birtokaiba, melyek miután Dolhai Ambrus rokonát Szarvaszói Osztást a Tiszába ölte, királyi adományozás alá estek, a király édes anyját Erzsébetet beiktassa. A beiktatásról szóló jelentés hiányzik.

Mathias Dei gratia rex Hungarie, Dalmatie, Croatie, etc. Fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez salutem et gratiam. Cum nos ad petitionem illustris domine Elizabeth genitricis nostre charissime possessiones Dolha, Zadnya, Bronka, Kusnicza, Kereczke et Lisicza in de Bereg, necnon Zurdog, Horozallya, Polyana et Sayo in Maramarosieni Comitatus existentes, ac alias universas possessiones, portionesque et lura possessionaria ubivis et in quibuscunque comitatibus dicti regni nostri habitas et existentes, que alias cuiusdam Ambrosij de Dolha predicta prefuisse, sed ex eo quod idem Ambrosius quendam fratrem suum Osztas nominatum de Zarvazo, instar Cain fratricide in fluvium Ticie submergendo interfecisse dicitur, ad nostram collationem rite et legitime devolute esse perhibentur, simul cum cunctis earundem utilitatibus, ac pertinentijs quibuslibet, premissis sic ut preferatur stantibus et se habentibus, vigore aliarum literarum nostrarum donationalium superinde confectarum, memorate domine Elizabeth genitrici nostre in perpetuum contulerimus, velimusque eandem in dominium earundem per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci, igitur fidelitati vestre firmiter precipimus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Ioannes de Vrmezew, Michael aut Georgius Ficze de Batizfalva, (?) seu Michael de Petrowa, sive alter Michael de Orda, vel Simon de Kohnya, aut Blasius de Barczanfalva sive Petrus vel Michael de Farkasrewa, seu Georgius aut Thomas de Komlos, sive Georgius vel Andreas de Kerepecz, aut Briccius seu Simon de Posahaza alijs absentibus homo noster ad facies dictarum possessionum ac portionum ac jurium possessionariorum vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis, ac presentibus accedendo, introducat memoratam

dominam Elizabeth genitricem nostram in dominium earundem, statuatque easdem eidem simul cum cunctis utilitatibus et pertinentijs quibuslibet, dicte nostre donationis titulo perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet ipsos contra eandem dominam genitricem nostram in personalem presentiam nostram ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros. Et post hec huiusmodi introductionis et statutionis seriem, cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum qui premissis statutioni intererunt, nec non possessionum ac portionum et jurium possessionariorum statuendorum nominibus, terminoque assignato eidem nostre personali presentie fideliter rescribatis. Datum Bude feria quinta proxima ante festum Inventionis sancte crucis, Anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto, regni nostri anno octavo, coronationis vero secundo.

Közölte gr. Teleky J. Hunyadiak kora XI. k. 118. l.

274.

1465. November 5. Sziget. Nagy László és Bizo Simon Máramaros földjének főispánjai és négy szolgabíró igazolják hogy királyi rendelet folytán s a Szapolyai Imre szepesi gróf megbizásából Dolhai Ambrust Mojszin birtokába újból beiktatták.

Nos Ladislaus Magnus, ac Simon Bijzo comites terre Maramosiensis, necnon quatuor iudices nobilium videlicet Iohannes Nemes, Michael Fijcze, Nicolaus Bedey et Michael Sthoyka eiusdem terre, memorie commendamus, quod licet egregius Ambrosius Dolhaji, anterioribus temporibus in dominio possessionis Maijze fuisset, et nunc ex mandato serenissimi domini Mathie regis Hungarie etc. domini nostri gratiosissimi, et eadem ex commissione magnifici domini Emerici de Zapolia comitis perpetui terre Scepusienseis, de novo, eundem egregium Ambrosium Dolhaji in dominium possessionis Maijzee cum omnibus suis utilitatibus et pertinentijs intromisimus nullo contradicente, ijmo intromittimus jure perpetuo in filios filiorum et heredibus perpetuo tenere habere et possidere. In cuius rei testimonium literas

nostras sigillo nostro roboratas duximus concedendas. Datum in Zygeth feria tertia proxima ante festum sanctj Martini episcopi. Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto.

Közlé gr. Teleky J. Hunyadiak kora XI. k. 146. l.

275.

1466. Julius 5. Buda. Ország Mihály nádor útirja azon iktató parancsát, melylyel a leleszi conventnek meghagyta volt, hogy Erzsébetet, Mátyás király anyját Kereczke és Kusnicza birtokába visszaiktassa, miután ezek Erzsébet részére a munkácsi várhoz visszacsatolandóknak lettek megítélve, az azokért cserébe kapott Makaria, Sarkad és Román-pataknak Dolhai Ambrus és Mihály részére való visszabocsátása mellett.

Nos Michael Orszag de Gwth regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum memorie commendamus, quod nobis secundo die festi visitacionis beate Marie Virginis proxime preteriti hic Bude constitutis, magister Benedictus de Peczel pro illustri domina Elisabeth genitrice domini nostri regis cum procuratorijs literis regalibus nostram veniens in presenciam, quasdam literas nostras super restatucione possessionum Kereczkij et Kwsnycza appellatarum, Bude septuagesimo quarto die octavarum festi epiphaniarum domini proxime preteriti anno in presenti clause confectas scripto proprie manus magistri Nicolai de Wag, tunc prothonotarij nostri consignatas nobis presentavit, petens nos debita cum instancia ut tenores earundem in transcripto aliarum literarum nostrarum eidem domine genitrici dicti domini nostri regis dare dignaremur, juris eiusdem ad cautelam, que quidem litera nostra restatutoria propter sui imprevisam conservacionem indebitamque hinc inde eius delecionem satis corrupta esse videbatur. Cuiusque tenor talis est, Amicis suis reverendis conventui ecclesie de Lelesz Michael Orszag de Gwth regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum amicitiam paratam cum honore. Noveritis quod Benedictus de Peczel pro illustri domina genitrice domini nostri regis cum procuratorijs literis regalibus juxta continenciam literarum nostrarum prorogatoriarum in octavis festi

epiphanniarum domini in figura nostri iudicij comparendo, contra Ambrosium de Dolha proposuit eo modo, quomodo post mortem condam domini Uladislai regis Polonie idem Ambrosius de Dolha quasdam possessiones eiusdem domine Kereczkij et Kwsnycza vocatas in comitatu de Bereg existentes, ad castrum eiusdem Munkach appellatum pertinentes pro se occupasset, et easdem occupatione conservaret et uteretur etiam de presenti potencia mediante in prejudicium et dampnum dicte domine valde magnum, et hec sic facta fore exhibitione unius littere inquisitorie ecclesie de Lelesz conprobando. Ex parte ejusdem Ambrosij per nos in premissis juris conformitatem peccati elargiri. Quo audito Iohannes de Kerepez pro eodem Ambrosio in causam attracto cum procuratoriis literis dicti conventus ecclesie de Lelesz in eandem nostram exurgens presenciam respondit ex adverso, quod idem in causam attractus prefatas possessiones Kereczkij et Kwsnycza pro se minus juste et Indebite non occupasset et neque occupative teneret sed eadem possessiones in causam attracto et Michaeli fratri eiusdem vigore certarum literarum pertinerent, et in comprobacionem horum verborum suorum exhibuit nobis quasdam duas literas, unam quondam spectabilis et magnifici domini Iohannis de Hu . . . regni Hungarie predicti gubernatoris etc. permutacionalem et aliam prefati conventus ecclesie de Lelesz superinde statucionalem ambas in pargameno pendentibus sigillis eorum communitas, quarum prima ipsius gubernatoris in oppido Beche sabbato proximo ante festum purificationis beate Marie Virginis, in Anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo patenter confecta exprimebat, quod ipse gubernator cum prefatis nobilibus Ambrosio et Michaeli filiis Stanislai de Dolha per formam concambii talem fecisset permutacionem, quod ipse Ambrosius et Michael possessiones ipsorum (Makaria et) Sarkad vocatas et predium Romanpataka appellatum omnino in comitatu de Bereg, sub una meta existentes, cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet terris scilicet arabilibus cultis et in(cultis), pascuis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis, vinearumque promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis, aquarumque decursibus, molendinis et locis molendinorum, generaliterque quarumlibet integritatibus eidem domino Iohanni gubernatori suisque filiis et heredibus universis per ipsum ad castrum suum Munkach annectendas et applicandas in perpetuum tenendas possidendas pariter et habendas dedissent e converso idem Iohannes gubernator possessiones suas Kereczkij et Kwsnycza in pertinenca dicti

castrī in eodem comitatu de Bereg existentes ab eodem castro Munkach separando, sequestrando prefatis Ambro unaque hereditibus universis simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinenciis quibuslibet quovis nominis vocabulo vocitatis sub suis metis et antiquis irrevocabiliter dedisset, donasset et contulisset perpetuum . . . pariter et habendas sub tali condicione, quod si ipse Iohannes gubernator, aut successores sui, annotatos Ambrosium et Michaelem seu heredes eorundem in pacifico dominio dictarum possessionum Kereczkij et Kwsnycza t seu non valerent, extunc idem Iohannes gubernator aut dicti sui successores preassertas eorum possessiones Makarija ac Sarkad et predium Romanpataka sine omni litiginario processu remittere obligati atque astricti, et e converso prefati Ambrosius et Michael eundem Iohannem gubernatorem in eisdem possessionibus per ipsos eidem sub premissis titulo concambialis permutacionis datis et donatis suosque et heredes universos tenerentur, casu autem quo id ipsi facere non possent, extunc pretactas possessiones ipsius Iohannis gubernatoris illico sine strepitu alicuius litis remittere tenerentur. In altera vero earundem literarum dicti scilicet sancte crucis de Lelesz quinto decimo die sabbati proximi post festum beati Mathie apostoli in anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo supradicto, privilegialiter edita inter cetera adinveniebatur, Elye de Bijlke dicti domini gubernatoris et frater Petrus presbiter ad premissa pro testimonio per dictum conventum datus, eiusdem conventus homines prefato sabbato proximo post festum beati Mathie apostoli ad facies rum possessionum Kereczky et Kwsnycza vocatarum in prescripto comitatu de Bereg existentium, vicinis et commetaneis earundem universis, videlicet Iohanne Waywoda de Zenthmiklos et pertinenciis ejusdem, Boczo de Lypche et Michaele nis Wayvode inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, prefatos Ambrosium et Michaelem de Dolha ad literatoriam commissionem dicti domini gubernatoris transmissi in dominium earundem introduxissent, easdemque eis tatum utilitatibus, et pertinenciis quibuslibet premissis jure ipsis incumbente statuissent perpetuo possidendas, nullo penitus contradictore inibi apparente, in earundem faciebus legitimis et consuetis diebus permanentibus tis et exhibitis, amplioribus documentis et literarum exhibicionibus renunciantibus ambarum parcium procuratores predicti partibus eisdem per nos in premissis iudicium et justiciam postularunt elargiri, verum quia prefatus nes gubernator cum annotatis Ambrosio et Michaele

in annotatis possessionibus ipsam concambialem permutacionem fecerit, eosdemque nobiles per se et per suos successores in dominio dictarum possessionum permutatarum conservare assumpserit, et postmodum idem Ambrosius et Michael mediantibus eiusdem domini gubernatoris et dicti conventus de Lelesz hominibus in dominium dictarum possessionum Kereczkij et Kusnijcza introducti fuerunt, tamen quia in persona dicte domine Elisabeth genitricis ipsius domini nostri regis prescripto modo circa dominicam proximam post festum beatorum Viti et Modesti martijrum in anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto preteritum, hic Bude nobis prefata querimonia facta fuisse, eademque domina mater dicti domini nostri regis, et nec aliquis ex filiis dicti domini gubernatoris nullibi in prefata litera donacionali ipsiusque domini gubernatoris prescripte possessionarie permutacioni consensum dedisse, et neque per hoc quod in eadem donacione exprimit pro se ipso Iohannes gubernator aut sui successores, ipsos Ambrosium et Michaellem in dominio dictarum possessionum conservare non possent, extunc ipse aut dicti successores sui possessiones eorundem Ambrosij et Michaelis eidem remittere deberent, prefatam dominam et ipsos suos successores ita stricte obligasse, quin iidem infra tempus prescripcionis et potissime prefata domina, cuius nomen in eadem donacione nullibi ponitur, juri suo reappropriare et reintegrare possent. Ex premissis omnibus manifeste reperiebantur, et ob hoc prefate dicte possessiones Kereczkij et Kwsnycha similiter cum cunctis earundem utilitatibus et pertinenciis quibuscumque prefate domine Elisabethe matri ipsius domini nostri regis ad prefatum castrum suum Munkach vocatum eo jure, quo prefatum castrum eidem dinoscitur pertinere tamquam ad idem castrum pertinentes, annectende, applicande, reintegrande, relaxande, readjudicari et restatui, et prefate alie possessiones Makarija et Sarkad vocate ac predium Romanpathaka appellatum similiter cum universis earundem utilitatibus et pertinenciis quibuscumque, per eandem dominam matrem domini nostri regis eidem Ambrosio et Michaeli eorumque heredibus et posteritatibus universis sub pristino juris eorum titulo tenende et possidende remitti, et relaxari per nosque readjudicari et restatui debere, nobis aliisque baronibus et dicti regni nobilibus nobiscum in iudicio existentibus perspicue cernebantur, pro eo eorundem baronum et nobilium regni requisito et assumpto consilio prematuro, prefatas possessiones Kereczkij et Kwsnycha vocatas ad prefatum castrum Munkach annectendas et applicandas prefate domine Elisabeth genitrici ipsius domini nostri regis

readjudicantes, prefatas quoque possessiones Makarija et Sarkad vocatas, ac predium Romanpathaka appellatum a prefato castro Munkach adjudicantes et easdem ac idem prefatis nobilibus Ambrosio et Michaeli filiis Stanislai de Dolha sub pristino juris eorum titulo tenendas et possidendas restituentes et relaxari facientes, nosque readjudicantes et easdem possessiones Kereczkij et Kwsnycha prefate domine regis per nostrum et vestrum homines modo subscripto restatuere decreverimus, vestram amicitiam presentibus petimus diligenter quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Iohannes ladus de Pakan aut Iohannes de Maglod seu alter Iohannes de Myhaldij, sin Gallus de FyIdeak aliis absentibus homo noster de curia regia per nos ad id specialiter transmissus, ad facies Kereczkij et Kwsnijcza appellatarum vicinis et commetaneis earundem universis illic legitime convocatis et presentibus accedendo, restatuet easdem simul cum cunctis utilitatibus earundem et pertinentiis quibuslibet Matri domini nostri regis annectendo et applicando ad dictum castrum suum Munkach vocatum eo jure, quo sibi ipsum castrum dinoscitur pertinere possidendas, tenendas et habendas contradiccionem dict Michaelis filiorum Stanislai de Dolha et aliorum quorumlibet previa ratione non obstantibus, et post hec huiusmodi possessionarie restatucionis seriem ut fuerit expediens . . . ad octavas festi beati Michaelis venturi legitime perdurantes nobis amicabiliter rescribatis. Datum Bude septuagesimo quarto die octavarum festi epiphaniarum domini predictarum. Anno ejusdem millesimo quadringentesimo sexag os tenores prescriptarum literarum nostrarum restatutoriarum de verbo ad verbum sine diminutione et augmento aliquali presentibus literis nostris patentibus inseri et transcribi facientes eidem domine genitrici duximus concedendas, comuni justitia svadente. Datum Bude predicto tercio die termini prenotati anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto supra dicto. Lecta et correcta per EE.

Közölte gr. Teleky József: Hunyadiak kora XI. k. 167. 1.

276.

1466. Szeptember 10. Egyezés levél, melynél fogva Dolhai Ambrus és fiai egyrésztől, Leordinai Orda Mihály és Petrovai Bogdan Mihály és ezek fiai másrésztől, aként állapodnak meg, hogy Rozalia, Lonka és Polyána oly módon legyen felosztva, miként azt szülőik egymás közt megosztották, Dolha pedig Ambrusnak élte fogytáig használatul maradjon.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter ab futuris presentium noticiam habituris Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelesz salutem in omnium Salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod egregio Ambrosio fillo quondam Stanislai de Dolha eidem Demetry, Georgy, Ladislai, Ioannis, Petri et Nicolaj filiorum suorum ab una, parte vero ab altera Michaeli Orda de Leurdina eidem consimiliter Ioannis, item altero Michaeli Bogdan de Petrova idem modo simili Ioannis, Georgy, Demetry et Ladislaj filiorum ipsorum onera infra spacium vite ipsorum ad infra scripta observanda in se ipsos assumptendo, coram nobis personaliter constitutis, per eosdem confessum existit nostri in presencia pariter et relatam: Quod licet inter ipsos ratione et pretextu quarundam possessionum ac portionum possessionariarum in possessionibus Rozalya, Lonka, Polyana et Dolha vocatarum in comitatu Maramarosiensi existentibus habitaram litis et controversie materia nata fuerit et exorta, et aliquandiu ventilata extiterit, tamen ipsi ex ordinatione certorum proborum ac nobilium virorum inter easdem partes laborantium ad talem pacis et concordie devenissent unionem, imo devenerunt coram nobis, ut ipsi prescriptas tres possessiones Rozalya, Lonka et Polyana cum universis utilitatibus earundem sub illis divisionibus et metis ac pertinencijs, quibuslibet prout et quemadmodum olim Stanislaus, Ioannes et Bogdan patres prescriptarum parcium divisissent et usi fuissent, ita et eodem modo partes premisse et ipsorum heredes et posteritates universi perpetue possidere uti et frui, proventusque et obventiones earundem unusquisque ad porcionem earundem pro se tollere valeant, debeant atque possint, prescriptam vero possessionem Dolha idem uterque Michael vita comite et durante prefati Ambrosii de Dolha eidem Ambrosio uti et possidere comisissent, imo comiserunt nostri

in conspectu, tali obligaminis vinculo mediante, quod si qua pars partium predictarum dictam dispositionem quoquomodo retractaret seu infringeret, ex tunc talis pars contra partem alteram in premissis persistentem in quinquaginta marcis compensa convinceretur et convicta haberetur eo facto. Ad que omnia et singula premissa partes predictae se personali eorum astancia, dictos autem ad onera preassumpta sponte obligaverunt coram nobis. In cuius rei memoriam stabilitatemque perpetuam presentes literas nostras privilegiales sigilli nostri appensionis munimine roboratas eisdem partibus duximus concedendas. Datum feria quarta proxima post festum natiuitatis B. Marie virginis Anno Domini M^o CCCC^o LX^o sexto. Lecta.

*Coram Emerico de Zapolya in Thokaj
1466. in profesto natiuitatis Iohannis.*

Leleszi Convent (Actorum No. 9. Anni 1446.) Másolat Petrovay Györgyötől.

277.

1467. Julius 22. A leleszi convent Szarvasszói Gerhes Péter kérése folytán átírja a Szarvasszó birtokról 1406. April 14-én kiállított határjárási oklevelet.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentium noticiam habituris Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez salutem in omnium Salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod Petrus Gerhes de Zarvazo nostram personaliter veniens in presenciam, exhibuit et presentavit nobis quasdam literas nostras privilegiales sigilli nostri appensione munitas, tenoris et continencie subscriptorum, petens nos debita cum instancia ut easdem de verbo ad verbum transscribi et transsumpti, transscriptumque et transsumptum litteris nostris mediante inseri faceremus uberiorem ad cautelam, quarum quidem literarum tenor per omnia sequitur in hec verba: Omnibus Christi fidelibus etc. (vide sub No. 78.) Nos igitur petitioni annotati Petri Gerhes de dicta Zarvazo favorabiliter inclinati et iusticie annuentes, prescriptas literas nostras privilegiales de verbo ad verbum transscribi et transsumpti, transsumptumque et transscriptum presentibus litteris nostris similiter pri-

vilegalibus inseri fecimus firmiorem ad cautelam. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras privilegiales pendentes et autentici sigilli nostri munimine roboratas eidem Petro Gerhes de Zarwazo duximus concedendas. Datum in festo beate Marie Magdalene, Anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo.

Pergamenre irt, függő pecséttel ellátott eredetiből.

— — —
278.

1467. Augustus 17. A leleszi convent tanusítja, hogy Bilkei Bolond Péter fiai és ezeknek osztályos rokonai eladták Dolhai Ambrusnak és fiainak 400 tiszta arany forintért Ókörmező, Ripinye, Kelecsen, Szolyma (Vizköz) birtoknak őket illető fele részét.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter ac futuris presencium noticiam habituris, Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez salutem in omnium Salvatore. Ad universorum noticiam serie presencium volumus pervenire. Quod Nicolao, Stephano et Michaelae filio condam Petri Bolond de Bilke, Stephano filio Elie, Andrea filio Ioannis, altero Ioanne Gorzo de eadem, et Stephano filio Gregory de Lipche eodem Ioannis, Michaelis, Simonis et Sandrini filiorum ipso Stephano, Michaelis, Ioannis et Georgy filiorum eodem Michaelae, Ladislai prefato siquidem Andrea: Nicolai et Ioannis fillorum prellbato vero Ioanne Gorzo: Stephano, Michaelis, Andree et Petri filiorum ipsorum oneribus ad infrascripta inviolabiliter observanda in se ipsos assummentibus coram nobis personaliter constitutis, sunt confessi in hunc modum. Quomodo ipsi certis et rationalibus de causis integras medietates possessionum Ekermezew, Rypina, Kelechen et Vyzkez vocatarum, porcionum utpote ipsorum possessionariarum, omnino in comitatu Maramarosienzi existentium et habitaram cum universis eorundem utilitatibus, terris utputa arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, fenetis, alpibus, indaginibus, aquis, fluvys, eorumque decursibus et generaliter quarumlibet utilitatum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, ad dictas medietates prefatarum possessionum undique de iure spectantibus et pertinere debentibus

egregio Ambrosio de Dolha ac Demetrio, Georgio, Ladislao, Ioanni, Nicolao et Petro filys ejusdem ipsorumque heredibus et posteritatibus universis pro quadringentis florenis auri puri plene ut dictum est habitis ab eisdem et realiter receptis, jure perpetuo et irrevocabiliter dedissent, annuissent et contulissent, imo dederunt, annuerunt et contulerunt coram nobis nil iuris proprietatisve et dominy in dictis integris medietatibus jam fatarum possessionum sibi ipsis et ipsorum successoribus reservando, sed totum jus omnemve juris et dominy proprietatem in prefatum Ambrosium de Dolha et filios suos predictos necnon posteritates ipsorum universos transferendo, pleno iure. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras pendentes authentici sigilli nostri munimine roboratas eisdem duximus concedendas. Datum feria secunda proxima post festum assumptionis Beate Marie virginis Anno Domini M^o CCCC^o LX septimo.

Leleszi Convent (Actorum No. 40.)

279.

1467. November 2. Segesvár. Corvin Mátyás király Máramaros fő- vagy alispánjának és szolgabíráinak megparancsolja, hogy Dolhai Ambrust, kit minden törvényes birtokával és jogaival együtt különös oltalma alá vett, említett birtokai és jogaira nézve minden törvénytelen megtámadó ellen pártolni és védelmezni kötelességöknek ismerjék.

Mathias Dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. fidelibus nostris comitj vel vicecomitj et iudicibus nobillium comitatus Maromosiensis, salutem et gratiam. Cum nos fidelem nostrum egregium Ambrosium de Dolha, simul cum universis possessionibus porcionibusque et iuribus possessionarijs, necnon rebus et bonis suis quibusvis iustis utputa et legitimis, in nostram regiam receperimus protectionem et tutelam specialem, viceque nostre maiestatis persone vestre commiserimus tuicioni, igitur fidelitatj vestre harum serie firmiter precipientes mandamus, quatenus, receptis presentibus prefatum Ambrosium, in dictis universis possessionibus porcionibusque et iuribus possessionarijs, necnon rebus et bonis suis quibuslibet, iustis ut

prefertur et legitimis, contra quoslibet illegitimos impeditores, tueri protegere et defensare ac indempniter manutenere debeatis nostre maiestatis in persona, et auctoritate nostra presentibus (vobis) in hac parte attributa et iusticia mediante. Secus non facturi, presentibus perfectis exhibenti restitutis. Datum in Segeswar feria secunda proxima post festum omnium sanctorum, Anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo. Regni nostri anno decimo, coronacionis vero quarto.

Közlé gr. Teleky J. Hunyadiak kora XI. k. 286. l.

280.

1467. Deczember 31. Brassó. Corvin Mátyás király Kijnizi Pál máramarosi főispánnak megparancsolja, hogy Dolhai Ambrust, kit minden törvényes birtokára és jogaira nézve különös oltalma alá vett, minden törvénytelen megtámadó ellen pártolja és megvédelmezze.

Commissio domini Regis.

Mathias Dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. fideli nostro egregio Paulo Kijnisij comiti comitatus Maromorosiensis salutem et graciosam, cum nos fidelem nostrum egregium Ambrosium de Dolha simul cum universis possessionibus porcionibusque et iuribus possessionarijs, necnon rebus ac bonis suis quibusvis iustis utputa et legitimis in nostram regiam receperimus proteccionem et tutelam specialem, viceque nostre maiestatis persone tue commiserimus tuicioni. Igitur fidelitati tue harum serie firmiter precipientes mandamus, quatenus receptis presentibus prefatum Ambrosium de Dolha in universis possessionibus, porcionibusque et iuribus possessionarijs necnon rebus et bonis suis quibuslibet, iustis ut prefertur et legitimis, contra quoslibet illegitimos impeditores tueri, protegere et defensare ac indempniter manutenere debeas nostre maiestatis in persona et auctoritate nostra presentibus tibi in hac parte attributa et iusticia mediante. Secus ergo non facturus, presentibus perfectis exhibenti restitutis. Datum Brassouie in festo beati Siluestri pape. Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo. Regni nostri Anno decimo, coronacionis vero quarto.

Közlé gr. Teleky J. Hunyadiak kora XI. k. 293. l.

281.

1468. Február 5. Debreczen. Corvin Mátyás király új adománya, melylyel Visói János, Juga, más János, Balázs és Simonnak adományozza Mojszin birtok nemességét (Keneziatását) megerősítvén eként atyjának Hunyadi Jánosnak e részben tett adományát.

Nos Mathias Dei gratia rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. Memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis, quod nos cum ad nonnullorum fidelium nostrorum humillime supplicationis instantiam per eos pro parte fidelium nostrorum Ioannis, Iuga, ac alterius Iohannis, Vlasy et Simonis de Viso nostrae propterea porrectae majestati, tum etenim consideratis fidelibus serveciis per eos nobis et sacrae dicti regni nostri Hungariae coronae juxta ipsorum possibilitatis exigentiam exhibitis et impensis, nobilitatem in possessione Majzen habitam, per quondam illustrem principem Dominum Iohannem de Hunyad genitorem nostrum carissimum eisdem collatam fuisse, in cuius pacifico dominio iidem Iohannes ac alter Iohannes et Simon se ex donatione ejusdem condam illustrissimi principis domini Iohannis de Hunyad genitoris nostri carissimi perstitisse persistereque asserunt etiam de praesenti, simul cum cunctis ejusdem nobilitatis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, videlicet terris arabilibus cultis incultis, agris, pratis, pascuis, sylvis, nemoribus, montibus, vallibus, aquis, molendinis, proventibus, obventionibus, servitiis et muneribus, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis, ad ipsam nobilitatem rite et legitime spectantibus praemissis, sic ut praefertur, stantibus memoratis Iohanni, alteri Iohanni et Simoni, ipsorumque haeredibus et posteritatibus universis novae nostrae donationis titulo dedimus, donavimus et contulimus, quin imo damus, donamus, et conferimus jure perpetuo. Sub illis tamen bus et servitiis, quibus ceteri nobiles suas nobilitates tenere consueverunt tenendam, possidendam pariter et habendam, proventibus nostris ac castrorum nostrorum et juribus alterius remanentibus semper salvis, harum nostrarum vigore testimonio mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportatae. Datum in Debrechen in profesto beatae Dorotheae virginis.

Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo, regni nostri Anno decimo, coronationis vero quarto.

¹⁾ Nobilitas=Kenesiatus, miként az ugyanezen évben kelt s ez után következő oklevélből is látható. (284. sz.)

²⁾ A mojszini Vlasin családnak a megyei levéltárban levő productionalis perénél látható hiteles másolatból.

282.

1468. Február 23. Sziget. Urmezei János és Lőrincz diák alispánok, Barczánfalvi Balázs, Deszefalvi Sándrin, Szlatinai László és Szaplonezai Hosszu Mihály szolgabírák jelentést tesznek Corvin Mátyás királynak a felől, hogy Mojszin birtok szomszédait és más nemeseket a törvénytörés színe előtt hit alatt kihallgatván, ezek mindannyian igazolták hogy Mojszin birtok a Dolhai Ambrusé volt, de azt 1467-ben a két visói és Szelistyei nemesek erőszakkal elfoglalták. Ennek alapján Visói Simont és Istvánt, Alsó-Visói Pap Miklóst és Ladwánt Szelistyei Juga Iváskót Mojszin birtokából kivetvén, abba Dolhai Ambrust visszaiktatták, s a hatalmaskodókat a király széke elé idézték.

Serenissimo principi, Domino Mathie Dei gracia Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. regi, Domino nostro gracioso, Iohannes de Wrmezev et Laurencius litteratus vicecomites, Blasius de Barchanfalwa, Sandrinus de Deszefalwa, Ladislaus de Zlathijna et Michael Longus de Zaploncza, quatuor iudices nobilium comitatus Maromarusiensis, servitium continuum perpetua cum fidelitate. Vestra noverit serenitas, nos literas vestras scilicet Inquisitorias, attestatorias, restatorias, evocatorias et insinuatorias, modum et formam cuiusdam proclamate congregacionis generalis in se habentes, nobisque in certa sui parte, pro parte nobilis Ambrosij de Dolha, contra Sijmeonem et Stephanum de Wijso, Nicolaum Pap de Alsowijso, Iwasko Iwga de Zelesthije, Nicolaum et Ladwan de dicta Alsowijso, preceptorie loquentes et directas, honore et reverencia quibus decuit recepisse, et nos juxta earundum continentiam, universis vicinis et commetaneis possessionis Moijsche ceterisque

nobilibus comprovincialibus eiusdem comitatus Maromarusiensis, quibus decuisset et licuisset, ad vigiliam festi beati Mathie Apostoli proxime preteriti, in opido Zijgheth, diem scilicet et locum sedis nostre iudicialiter per nos ipsis partibus presignatum per modum proclamate congregacionis generalis, in eandem sedem nostram iudiciariam, videlicet in nostram presenciam, convocatis, partibus eciam predictis puta antefatis Ambrosio de Dolha, necnon Sijmone et Stephano de Wijso, Nicolao Pap de Alsowijso, Iwasko Iwga de Zelesthije, Nicolao et Ladwan de eadem Alsowijso, in eisdem Wijso ac Alsowijso et Zelesthije porcionibus eorum possessionarijs, ante octo dies dielj sew termini execucionis huiusmodi inquisicionis et attestacionis veritatis premissorum, per unum ex nobis videlicet Blasium de Barczanfawa, puta iudicem nobilium, illac legitime convocatis et accersitis, ac presentibus ipsis partibus necnon Stephano de Bijlke, homine vestre serenitatis in dictis vestris literis inter alios homines vestros nominatim conscriptos expressato, ac discreto viro Alberto presbitero rectore altaris beati Nicolai Episcopi et confessoris, in ecclesia Waradiensi fundati, ad premissa fideliter peragenda pro testimonio capituli dicte ecclesie Waradiensis fidedigno transmissio, nos eosdem vicinos et commetaneos nobilesque comprovinciales, iamfati comitatus Maromarusiensis, ad fidem eorum Deo debitam, fidelitatemque vobis et sacro vestro regio dijademati observandam, tacto in super dominice crucis signo, per eosdem coram nobis prestitam, de eo utrum circa festum beati Mathie Apostoli proxime preteritum, ipsi nobiles, Sijmon et Stephanus de Wijso, ac alij predictj, predictam possessionem Maijsche vocatam, in dicto comitatu Maromarusiensi existentem, a manibus eiusdem Ambrosij de Dolha minus iuste et indebite pro se ipsis occupassent, occupatamque tenerent et eadem uterentur eciam de presenti potencia mediante, an ne, inquisivimus et attestari fecimus. Quiquidem vicini et commetanei dicte possessionis Maijsche, nobilesque comprovinciales infra nominandi, per nos modo premissis requisiti, de factis prescriptis modo subnotato attestati exstiterunt. Nomina vero vicinorum et commetaneorum, nobiliumque comprovincialium infranotandorum pro parte prefati Ambrosij de Dolha attestancium, et possessionum eorundem sunt hec, Item primo Emericus Sthijborij de Saijo fassus est per hunc modum, quod dicta possessio Maijsche prefati Ambrosij de Dolha prefuisset, sed in Anno proxime elapso predicti nobiles de utraque Wyso et Zelesthije, ab ipso potencialiter occupassent, item Dunka de eadem Saijo fassus est eodemmodo, item Iwasko de Iood fassus est, quod predicta pos-

sessio Maijsche, condam Michaelis et dicti Ambrosij de dicta Dolha prefuisset, et idem Michael usque vitam possedisset, item Blasius de Barczanfalfa fassus est simili modo, item Iohannes de Rwskowa, Iohannes Nemes, Elyas Danch de Wanchfalwa, Michael Orda de Leordina, Georgius Wanch de predicta Wanchfalwa, item Danch de Dragomijrfalwa, item Hodor de Barczanfalfa, Michael Fijcze de Gijwalfalwa, Wanch de Barczanfalfa antedicta, Danch de Nijres, Item Dragws et Iwan, ac alter Iwan Nemes de Gijwalfalwa, Item Lucas de Bwdfalwa, Gywla de predicta Gywalfalwa, Demetrius de eadem, Iohannes de Saijo, Item Thijwadar et Iwandiak de dicta Wanchfalwa, Miachael Parvus de Dragamijrfalwa, Thomas de Iood, Sijmon et uterque Iohannes de eadem, Item Maneijla de Kohnija, et Petrus Wanch de sepe dicta Wanchfalwa, vicini scilicet et commetanei dicte possessionis Maijsche, fassi et attestati extiterunt, sicuti prefatus Emericus Sthijbor de Saijo, eodem modo per omnia affirmantes. Habita itaque huiusmodi attestacione, quia ex huiusmodi veridicis attestacionibus dictorum vicinorum et commetaneorum ac nobilium comprovincialium, annotatam possessionem Maijsche, termino in predicto, a manibus dictj exponentis per dictos Sijmonem et Stephanum, ac alios prenominatos iniuste occupatam esse agnovimus, ob hoc exclusis prius et electis prefatis Sijmone, Stephano, Nicolao et alijs prenominatis de dominio eiusdem possessionis, rursus et iterum dictos exponentes in dominium eiusdem reintroducimus et eandem eidem restatuimus, reintroductumque contra quoscunque illegitimos impeditores, et signanter adversus prefatos Sijmonem, Stephanum et Nicolaum ac alios predictos, nos protegere tuerj et defensare assumpsimus, vestre Maiestatis in persona et auctoritate nobis in hac parte attributa et iusticia mediante, et nichilominus idem homo vestre serenitatis, presente dicto testimonio prefati capituli ecclesie Waradiensis, memoratos Sijmonem et Stephanum de Wijso, Nicolaum Pap de Alsowijso, Iwasko Iwga de Zelesthije, Nicolaum de dicta Alsowijso et Ladwan de eadem in festo beati Mathie apostoli proxime preterito, videlicet quemlibet eorum in dictis possessionibus Wijso et Alsowijso porcionibus scilicet ipsorum possessionarijs, in eisdem habitis, pro premissis actibus potencarijs, contra annotatum exponentem, ad octavas festi beati Georgij martyris nunc venturi, vestram personalem evocaverat in presenciam, rationem de premissis reddituros, litis pendencia si qua foret inter ipsos non obstante. Insinuaverat ibidem eisdem, ut sive ipsi octavis in predictis, coram eadem vestra personali presenciam, compareant sive non, eadem ad partis

comparentis instanciam id faciet in premissis, quod juri videbitur expediri. Datum die et loco predictis, Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo octauo.

Mojszin az 1468. évi más oklevelek szerint Szelistyei Juga János, Vlád János és Visói Simon birtokában volt; 1548. évi oklevél szerint a Komán János, Simon és Cozma birtokát képezte, ez utóbbiak leszármazói birják mai nap is. — Közlé gr. Teleky J. Hunyadiak kora XI. k. 307. l. — Deszéről nemességet igazoltak 1752. évben a Dragus (1505.) Pap alis Dragus, Roman (1505.) családok; 1763—1768. években a Pap alias Popa (1673.); 1763—1769. években a Trufan (1662.) családok.

283.

1468. Márczius 12. A váradí káptalan jelenti Corvín Mátyás királynak, hogy a vármegye közgyűlésén több nemes és Mojsziinnal szomszédos birtokost kiballgatván, ezek hit alatt igazolták, hogy Mojszin a Dolhai Ambrus birtoka volt, azt a visói nemesek erőhatalommal foglalták el, minél-fogva Ambrus a birtokba visszaiktattott.

Serenissimo principi dominio Mathie Dei gracia regi Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Domino eorum naturali graciosissimo, capitulum ecclesie Waradiensis oracionem in filio virginis gloriose perpetua cum fidelitate. Vestra noverit serenitas nos literas eiusdem vestre serenitatis inquisitorias, attestatorias, restatorias, evocatorias et insinuatorias modum et formam cuiusdam proclamate congregacionis generalis in se habentes, comiti vel vicecomiti et iudicibus nobillium comitatus Maramarosiensis nobisque in certa sui parte, pro parte nobillis Ambrosy de Dolha contra Symonem et Stephanum de Wyso, Nicolaum Pap de Also-Wyso, Iwasko de Iuga, Nicolaum de dicta Also-Wyso et Ladvan de eadem preceptorie loquentes et directas sumpmo cum honore recepisse, et juxta earum continentiam una cum Stephano de Bylkey homine ipsius vestre serenitatis in dictis literis inter alios homines vestros nominatim conscriptos expressato, nostrum hominem videlicet discretum virum Albertum presbiterum rectorem altaris beati Nicolai episcopi et confessoris in dicta ecclesia nostra fundati, ad premissa fideliter peragenda nostro pro testimonio fidedignum duximus

destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis consona voce retulerunt eo modo, quod ipsi vicecomites et iudices nobillium dicti comitatus Maramarusiensis universis vicinis et commetaneis possessionis Maysy, ceterisque nobilibus comprovincialibus eiusdem comitatus Maramarusiensis, quibus decuisset et licuisset ad vigiliam festi beati Mathie apostoli proxime preteriti in Oppidum Zygeth, diem scilicet et locum sedis iudicarie ipsius comitatus Maramarusiensis per eosdem pro partibus presignatam, per modum proclamate congregationis generalis illac in eandem sedem eorum iudicariam ipsorum videlicet in presencia convocatis, partibus etiam predictis puta antefatis Ambrosio de Dolha, in eadem possessione Dolha, necnon Symone et Stephano de Wyso, Nicolao Pap de Also-Wyso, Iwasko de Iuga, Nicolao et Ladwan de eadem Also-Wyso, in eisdem Wyso et Also-Wyso porcionibus scilicet eorum possessionarys, ante octo dies diey seu termini executionis huiusmodi inquisitionis et attestacionis veritatis premissarum, per unum ex ipsis puta Blasium de Barczanfalfa iudicem nobillium illac legitime vocatis et accersitis ac presentibus ipsis partibus, necnon eisdem vestro regio et nostro testimonio hominibus eosdem vicinos et commetaneos ad fidem eorum Deo debitam fidelitatemque vobis et sacro vestro regio diademati observandam tacto dominice crucis signo de eo, utrum circa festum beati Mathie apostoli proxime preteritum ipsi nobiles Symon et Stephanus de Wyso ac aly predicti predictam possessionem Maysy vocatam in dicto comitatu Maramarusiensi existentem a manibus eiusdem Ambrosy de Dolha minus juste et indebite pro se ipsis occupassent, occupatamque tenerent et eadem uterentur potencia mediante, an ne? Inquisivissent et attestari fecissent. Qui quidem vicini et commetanei dicte possessionis Maysy infra declarandi super premissis taliter attestati fuissent, quod primo Emericus Sthybory de Sajo fassus extitisset per hunc modum, quod dicta possessio Maysy prefati Ambrosy de Dolha prefuisset, sed in anno proxime elapso predicti nobiles de Wyso ab ipso potencialiter occupassent, Item Dunka de eadem Sajo fassus est eodem modo, item Iwasko de Iood fassus est, quod predicta possessio Maysy condam Michaelis et Ambrosy de dicta Dolha prefuisset et idem Michael usque vitam possedisset, item Blasius de Barchanfalfa fassus est simili modo, item Iohannes de Ruskowa, Iohannes Nemes, Elyas Danch de Wanchfalwa, Michael Orda de Leordina, Georgius Wanch de predicta Wanchfalwa, item Danch de Dragomerfalwa, item Hodor de Barchanfalfa ante dicta, Dancs de Nyires, item Dragus et Iwan et alter Iwan Nemes de Gyu-

lafalwa, item Lucas de Budfalwa, Gyula de predicta Gyulafalwa, Demetrius de eadem, Ioannes de Sayo, item Thywadar et Iwan Deak de dicta Wanchfalwa, Michael Parvus de Dragomerfalwa, Thomas de Iood, Symon de eadem ac uterque Iohannes de eadem, item Maneyla de Kohnya et Petrus Wanch de sepedicta Wanchfalwa vicini scilicet et commetanei dicte possessionis Maysy facti et attestati extitissent sicuti prefatus Emericus Sthybor de Sayo per omnia eodem modo. Habitaque huiusmodi attestacione, quia ex huiusmodi veridicis attestacionibus dictorum vicinorum et nobilium comprovincialium annotatam possessionem Maysey termino in predicto a manibus dicti exponentis per dictos Symonem et Stephanum ac alios prenominatos iniuste occupatam esse agnovissent, ob hoc exclusis prius et eiectis prefatis Symone, Stephano, Nicolao et aliis prenomatis de dominio eiusdem possessionis, rursus et iterum dictum exponentem in dominium eiusdem reintroduxissent, et eandem eidem restatuissent, reintroductumque in eadem contra quoscunque illegitimos impetitores et signanter adversus prefatos Symonem, Stephanum et Nicolaum ac alios predictos ydem vicecomites et iudices nobilium protegere, tueri et defensare assumpsissent, vestre majestatis in persona et auctoritate ipsis in hac parte attributa et Iusticia mediante. Et nihilominus idem homo vestre serenitatis dicto testimonio nostro presente memoratos Symonem et Stephanum de Wyso, Nicolaum Pap de Also-Wyso, Iwasko de Iuga, Nicolaum de dicta Also-Wyso et Ladwan de eadem in festo beati Mathie apostoli proxime preterito quemlibet scilicet eorum in dictis possessionibus Wyso et Also-Wyso, porcionibus scilicet ipsorum possessionarys in eisdem habitis, pro premissis actibus potenciaris contra annotatum exponentem ad octavas festi beati Georgy Martiris nunc venturi vestram personalem evocassent in presenciam, racionem de premissis reddituros. Litis pendentia si qua foret inter ipsos non obstante, insinuassent ibidem eisdem, ut sive ipsi octavis in predictis coram eadem vestre personali presenciam compareant sive non, eadem ad partis comparentis instanciam, id faciet in premissis, quod juri videbitur expediri. Datum sedecimo die diei insinuacionis prenotatarum. Anno Domini Mo CCCCmo LXmo octavo.

Dorso: Pro A. Magister Benedictus de Peczel cum Budensi, pro I. Foris de Zyрма cum Lelez. A. probat cum duabus una presenti (altera) comitis Maramorosiensis per modum proclamate congregacionis, I. negat occupasse. Ideo solemniter fiet convictio die Iacobi in facie terre pro facto potenciaro. A. jurabit ad capita I. ad singulos. I-mo

se coram Lelez ita videlicet quod XXV. die Iacobi ad caput Simonis de Wyso et sic ad singulos diebus post se se sequentibus coram Thorda, possessio iterum restatuatur, solvit I. fl. j-tho.

Másolat Petrovay Györgytől. A hátriratban jelzett A=actor=felperes. I=inctus=in causam attractus=alperes.

284.

1468. Márczius 27. Esztergom. Corvin Mátyás király rendelete az iránt, hogy Visói Carul, János, Jool, Vancha, Vlason, Radul, Péter, más János, Juga és Simon, valamint Szelistyei Vlad János Mojszin hirtok Keneziatusába, melyet örökösödési jogon hirtak, beiktattassanak. A beiktatás ellenmondás nélkül történik.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris praesentium notitiam habitoris, Blasius praepositus et conventus ecclesiae sanctae crucis de Lelesz salutem in omnium Salvatore. Ad universorum notitiam serie praesentium volumus pervenire, quod nos literas serenissimi principis domini Mathiae Dei gratia Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. regis domini nostri naturalis et gratiosi introductorias pariter et statutorias nobis directas honore et reverentia quibus debuit recepimus in haec verba: Mathias Dei gratia rex Hungariae, Dalmatiae, Croatiae etc. fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelesz salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis fidelium nostrorum Carrull, Ioannis, Iool, Vancha, Vlason, Radol et Petri, ac Iohannis, Iuga, necnon Simonis de Visso et Iohannis Vlad de Zelesthye, quomodo ipsi in dominium Keneziatus ipsorum in possessione Moyzen in comitatu Maramarosensi habitae ipsos jure haereditario concernentis legitime velent introire. Super quo fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Michael Parvus de Dragomerfalva, aut Iohannes Maros de Kohnya vel Iohannes Buftha de eadem Kohna¹⁾, allis absentibus homo noster ad facies dictae possessionis Mayzen vocatae, vicinis et commetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat memoratos Carrulum et alios praenominatos in

dominium ejusdem Keneziatuſ, ſtatuatque eandem eiſdem ſimul cum cunctis ſuis utilitatibus et pertinentiis quibuſlibet, praemiſſo titulo ipſis incumbente perpetuo poſſidendam ſi non fuerit contradicium, contradictorès vero ſi qui fuerint evocet ipſos contra annotatos Carrulum et alios praenominatos noſtram perſonalem in praesentiam ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros, et poſt haec hujusmodi introductionis et ſtationis ſeriem cum contradictorum et evocatorum ſi qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum qui praemiſſae ſtationi intererunt nominibus terminoque assignato eidem noſtrae perſonali praesentiae fideliter reſcribatis. Datum Strigony in dominica Laetare. Anno Domini millesimo quadringentesimo ſexageſimo octavo, regni noſtri anno undecimo coronationis vero quarto. Nos igitur praecipis et mandatis dicti domini regis obedire cupientes ut tenemur, una cum praefato Michaelae Parvo de Dragomerfalva homine ejusdem domini noſtri regis unum ex nobis videlicet fratrem Antonium praebiterum ad praemiſſas introductionem et ſtationem faciendas noſtro pro teſtimonio duximus deſtinandum, qui tandem exinde ad nos reſerſi nobis uniformiter retulerunt, quod ipſi feria quarta proxima ante dominicam Ramis Palmarum proxime praeteritam, ad faciem poſſeſſionis Moyzen vocatae vicinis et commetaneis ejusdem univerſis videlicet Dan de Szatsal, Iohanne de Zeleſthe, Mandra Koſzta de Alſo-Viſo inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introduxiſſent memoratos Carrulum, Iohannem, Iuga, Simonem de Viſo, Iohannem Vlad de Zeleſthe, alterum Iohannem, Iool, Vancha, Vlaſon, Radol et Petrum de eadem Zeleſthe in dominium Keneziatuſ in eadem poſſeſſione Moyzen habitae, ſtatuſſentque eandem eiſdem ſimul cum cunctis ſuis utilitatibus et pertinentiis quibuſlibet praemiſſo jure ipſis incumbenti perpetuo poſſidendam, legitimis et conſuetis diebus in facie ejusdem poſſeſſionis juxta regni conſuetudinem moram continuum protrahendo, nullo penitus contradictore inibi apparente. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam praesentes literas noſtras ſigilli noſtri appenſione munitas et roboratas eiſdem duximus concedendas. Datum ſedecimo die diei introductionis et ſtationis praenotatae Anno Domini ſupradicto.¹⁾

¹⁾ A Viſó Simon, Mojszényi Vlaſin, Szeliſtvei Iuga és Vlad, Dragomérfalvi Kis, Konyhai Mares és Buſtea, Szacsali Dan nemes családok ugyanott mai nap is birtokosok, és az oklevélben megnevezettektől ſzármaznak.

²⁾ A Mojszényi Vlaſin családnak a vármegye levéltárában található productioſalis pere iratai közt lévő hiteles másolatból.

285.

1468. Junius 25. Visegrád. Corvin Mátyás király rendelete az iránt, hogy Dolhai Ambrus esküt tegyen arra, hogy Visói Simon és István, Alsó-Visói Pap Miklós, Ivasko Juga, Miklós és Ladván tőle Mojszin birtokot jogtalanul foglalták el.

Nos Mathias Dei gracia rex Hungarie, Dalmatie, Croacie etc. Damus pro memoria: quod Magister Benedictus de Peczel pro Ambrosio de Dolha cum procuratoris litteris capituli ecclesie Budensis in octavis festi beati Georgy martyris in figura judicy nostre personalis presencie comparendo, contra Simonem et Stefanum de Vyso, Nicolaum Pap de Also-Visso, Ivasko de Iuga, Nicolaum de dicta Also-Vyso et Ladvan de eadem, proposuit eo modo, quomodo circa festum beathi Mathie apostoli proxime preteritum prefati Simon et Stephanus de Vyso, Nicolaus Pap de Also-Vyso, Ivasko de Iuga, Nicolaus de dicta Also-Vyso et Ladvan de eadem, possessionem Maysy vocatam in comitatu Maramarosiensi existentem a manibus eiusdem Ambrosy de Dolha actoris minus juste et indebite pro se ipsis occupassent, occupatamque tenerent et eadem uterentur, potencia mediante in preiudicium et dampnum prefati Ambrosy actoris valde magnum, et hec sic facta fore exhibitione duarum litterarum, inquisitionum per modum proclamate congregacionis generalis confectarum, unius comitum et vicecomitum ac iudicum nobilium dicti comitatus Maramarosiensis, et alterius capituli ecclesie Varadiensis sub uno sensu et forma verborum loquencium, eidem nostre personali presencie ad litteratorium nostrum mandatum rescriptarum, premissa per universos vicinos et commetaneos dicte possessionis Maysy, ac nobiles provinciales prefati comitatus Maramarosiensis ad fidem eorum Deo debitam fidelitatemque nobis et sacro nostro regio diademati observandam tacto dominice crucis signo per antefatos Simonem et Stephanum de Wyso, Nicolaum Pap de Also-Vyso, Ivasko de Iuga, Nicolaum de eadem Also-Vyso et Ladvan de eadem in causam attractos suo modo facta fuisse comprobantium, eidem ex parte memoratorum in causam attractorum per nos in premissis juris equitatem supplicavit impertiri, quo audito Foris de Zyrma pro antefatis Symone et Stephano, Nicolao Pap, Ivasko de Iuga, Nicolao et Ladvan in causam attractis cum

procuratoris literis conventus ecclesie de Lelez in eandem nostram personalem exurgendo presenciam respondit ex adverso, quod iidem in causam attracti in totali premissa accione, et aquisitione dicti actoris innocentes essent penitus et immunes. Et quia prefatus procurator dictorum in causam attractorum sua allegata nullo ampliori documento comprobabat, sed idem procurator dicti actoris eidem iuxta preexhibitarum duarum litterarum attestatarum vigores per eandem nostram personalem presenciam iudicium et justiciam preberi supplicabat, et quia adhuc prefatorum Symonis et Stephani de Vyso, Nicolai Pap de Also-Vyso et Iwasko de Iuga, Nicolai de Also-Vyso et Ladvan in causam attractorum juramenta per ipsum actorem deponen . . . adjudicari Maysy in dicto comitatu Maramarosensi existens eidem actori restatui debere videbatur, prescriptam possessionem Maysy sepefato actori mediantibus alys literis nostris exinde confectis restatutionarys . . . comitten judic commisimus eo modo, ut antefatus Ambrosius de Dolha trecentesimo sequentibus videlicet quinquagesimo se nobilibus ita videlicet, quod primo ad caput prefati Symonis vigesimo sexto, tandem ad caput prefati Stephani vigesimo sexto, demum vero ad caput jam fati Nicolai Pap vigesimo septimo, ad caput autem Iwasko de Iuga vigesimo octavo, ad caput siquidem Nicolai de Also-Vyso vigesimo nono, postremo vero et ultimo ad caput Ladvan de eadem-Also-Vyso tricesimo diebus festi beati Iacobi apostoli nunc venturis scilicet pro se se immediate sequentibus nunc consequenter affuturis semper coram conventu ecclesie de Lelez, super eo quod prefati Simon et Stephanus de Vyso, Nicolaus Pap de Also-Vyso, Iwasko de Iuga, Nicolaus de dicta Also-Vyso et Ladvan de eadem circa festum beati Mathie apostoli proxime preteritum prescriptam possessionem Maysy vocatam in dicto comitatu Maramarosensi existentem a manibus eiusdem Ambrosy actoris minus juste et indebite pro se ipsis occupaverunt, occupatamque tenerent et eadem uterentur potencia mediante, sacramenta prestare, et post hec ipsarum juramentalium deposicionum series cum proprijs et possessio commemoratorum nominibus ad octavas prefati festi beati Iacobi apostoli legitime perdurandas ut fuerit expediens, partes in literis memorati conventus ecclesie de Lelez nostre personali presencie reportare teneantur. Datum in Wysegrad quinquagesimo sexto die octavarum festi beati Georgy martiris predictarum Anno Domini M^o CCCC^o LX octavo.

Leleszi Convent (Actorum No. 30.)

286.

1469. Február 16. Ó-Buda. Erzsébet Corvin Mátyás király anyja Dolhai Ambrusnak adományozza, hű szolgálatai jutalmazásául mindazon jószágokat és jogokat, melyeket Ambrus azon okból, mert nemes román Oszást megölt, elvesztett, és melyeket miután a királyra szálltak, ez édes anyjának adományozott. Erzsébet mindezekről kezeit levévén, egyszersmind az azokra vonatkozó okiratokat megsemmisíti.

Commissio propria genitricis domini Regis.

Nos Elizabeth serenissimi principis domini Mathie Dei gracia Regis Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. genitrix, memorie commendamus, tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod nos consideratis fidelibus servicijs fidelis nostri egregij Ambrosij de Dolha, nobis ferventis animi zelo, toto posse suo exhibitis et impensis, universas possessiones porcionesque et jura possessionaria sua, in quibusvis comitatibus existencia et habita, que ex eo quod alias idem Ambrosius, quendam nobilem valahum Osthas vocatum, nece miserabili interemisisset, ad serenissimum principem dominum Mathiam regem Hungarie etc. filium nostrum carissimum, juxta legem et consuetudinem eiusdem regni Hungarie devolute fuissent, quas et que idem serenissimus princeps dominus Mathias rex, filius noster carissimus, omni eo jure quo ad suam serenitatem devolute fuissent, simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinencijs quibuslibet, nobis in perpetuum contulerat, super quibus nos etiam certas literas adiudicatorias coram iudicibus huius regni Hungarie, reportassemus et optinuissemus, et pleno jure nobis adiudicate fuissent, simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinencijs quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, fenilibus, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis vinearumque promontorijs, aquis, fluvijs, piscinis, piscaturis aquarumque decursibus, molendinis molendinorumque locis, et generaliter quarumlibet utilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis, sub suis veris metis et antiqvis limitibus, memorato Ambrosio et per eum filijs suis, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis, de manibus nostris dedimus donavimus et contulimus, ymmo damus, donamus et conferimus, jure perpetuo irrevocabiliter tenendas possidendas pariter et habendas, salvo

jure alieno, nichilominusque universas literas nostras adiudicatorias seu sentencionales, quocunque nomine vocatas, si quas nos super facto prescriptarum possessionum porcionumque et jurium possessionariorum habuissemus, cassamus et annihilamus viribusque earum cassas, vanas et inanes relinquimus, manusque nostras de prescriptis possessionibus porcionibusque et juribus possessionariis excipimus, harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, Datum in castro Veteri Budensi, feria quinta proxima, post diem Cinerum. Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo nono

Refferente Benedicto de Peczel.

Közlé gr. Teleky J. Hunyadiak kora XI. k. 373. 1.

287.

1469. Február 21. Buda. Az ország birája előtt Bilkei Miklós, Ivásko és mások többen tiltakoznak Bilkei István u Sándrin fia és Bilkei Bolond Péter fia István azon szándéka ellen, hogy Lipcsei és Herincsei részjóságukat Urmezei Péter fiára Jánosra ruházzák, mivel ők ezen részek miatt perben állanak.

Nos comes Ladislaus de Palotz judex curie serenissimi principis domini Mathie Dei gratie regis Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. memorie commendamus, quod Nicolaus de Bylke in sua personaliter ac Iwasko de eadem nec non Andree filij eiusdem Iwasko, item Sandrini ac Stephani filiorum Elie, Michaelis, Iohannis filiorum Stephani, alterius Iohannis Gorzo ac Stephani filij eiusdem Ioannis Gorzo de eadem Bylke, et Stephani de Lypche personis nostram veniens in presenciam per modum protestacionis et inhibicionis nobis significare curavit in hunc modum, quod quamvis ipse et dicti alij protestantes Iohannem filium Petri de Urmezew ratione et pretextu certarum porcionum possessionariorum in possessionibus Lypche et Herynche vocatis in comitatu Maramarosiensi existentibus habitarum, ipsos protestantes omnis juris titulo concernencium, juribus ipsorum ipsis firma prebente fiducia, in causam attraxerint. Tamen prout ipsi ex post.percepissent, Stephanus

filius Sandrini et alter Stephanus filius Petri Bolond dicti de dicta
 Bylke, fratres eorundem protestantium condivisionales, malo freti con-
 silio rupto et postergato vinculo, magis aliene quam proprie
 faventes oneribus prefatorum protestantium in se assum-
 ptis, prescriptam causam seu litem p sta ut premit-
 titur ratione prescriptarum porcionum possessionariarum contra prefa-
 tum Iohannem de Urmezew motam, sopiri et condescendi facientes,
 ac se ipsos eidem cause s . . . e succumbere permitten
 in facto earundem porcionum possessionariarum certas fassiones
 uis dampnosas et molestas pro parte dicti Iohannis filij Petri
 de Urmezew per quas fassiones idem Iohannes
 easdem porciones possessionarias perpetuare intenderet et inten . . .
 tur, in preiudicium juris dictorum itaque
 protestacione
 et in personis eosdem utrumque Stephanum
 ab huiusmodi fassione per eosdem modo quo supra
 pro parte dicti Iohannis et alios quoslibet ab
 occupacione, detencione et sibi p apropi porci-
 onum possessionariarum in dictis possessionibus Lypche et Herynche
 habitarum quaslibet utilitates earundem percepcione
 sew percipi faccione seque quovis quesito earundem
 intromissione et sibi ipsis statui faccione qualitercumque factis
 vel f prohibuit et contradixit publice et manifeste coram
 nobis, testimonio presencium mediante. Datum Bude feria secunda
 proxima ante festum Kathedre beati Petri apostoli. Anno Domini mil-
 lesimo quadringentesimo sexagesimo nono.

Papirra irt, elavult eredetije Gorzó Bálintnál Komlóson. Másolat Petrovay
 Györgytől.

288.

1469. Május 23. Osztály levél egy részről Bilkei István, János és Illés fiai, másrészt Urmezői Péter és János fiai közt, kik Lipcse és Herincse birtokukon, minden jövedelmén és egyházi kegyuri jogain akként osztóznak, miként azt eddig birták; Berezna, Ökörmező, Ripinye, Kelecsen és Vizköz (Szolyma) birtokokat pedig egymás közt két egyenlő részre osztják.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentium noticiam habituris Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte Crucis de Lelez salutem in omnium Salvatore. Ad universorum noticiam serie presentium volumus pervenire. Quod cum nos juxta continentiam literarum obligatarum serenissimi principis domini Mathie Dei gracia regis Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. modum et formam quarumdam possessionarie divisionis et sequestrationis in se denotantium, inter Nicolaum filium Petri filij Stephani ac Andream filium Iohannis de Bylke, Michaellem et Stephanum fratres carnales, alterum Stephanum et Sandrinum filios Elije de dicta Bylke ab una, et Iohannem filium Petri de Urmezew ac Petrum et Lazarum filios Iohannis de eadem fratres patruales ipsius Iohannis ab altera partibus emanatarum et confectarum nobisque directarum, iuxta quarum continentiam una cum Nicolao de Bedew homine regis in dictisque literis obligatorijs dicti domini nostri regis inter alios homines regios nominatim conscripto, unum ex nobis videlicet fratrem Philippum presbyterum ad dictam divisionem pro utrisque partibus faciendam nostro pro testimonio duximus destinandum. Qui tandem exinde ad nos reversi nobis voce consona retulerunt eo modo, quod ipsi quinto decimo die festi beati Georgy martyris videlicet in festo beati Stanislai episcopi proxime preterito primo ad facies possessionum Lypche et Herenche vocatarum in comitatu Maramorosiensis habitarum accedendo, easdem in primaria sua divisione prout et quemodmodum eedem partes usque modo tenuissent, possedissent simul cum cunctis earumdem utilitatibus, obventionibus et emolumentis ac juribus patronatus ecclesiarum tenere et habere atque perhemniter uti et frui commisissent. Tandem ad facies possessionum Berezna, Ekermezew, Rypyna, Kelechen et Wyzkewz vocatarum similiter in eodem comitatu Maramorosiensis existencium

habitarum conformiter accedendo, easdem simul cum cunctis ipsarum utilitatibus puta terris arabilibus cultis et incultis, silvis, pratis, agris, pascuis, fenetis, indaginibus, alpibus, aquis, aquarumque decursibus, et generaliter quarumlibet utilitatum et obvencionum generibus ad easdem pertinencium in duas rectas et coequales partes divisissent, bipartassent, distinxissent et a se se sequestrassent, quas tandem divisas et distinctas reliquissent et commisissent partibus predictis et eorum successoribus jure perpetuo tenendas pariter et habendas. Eodem etiam partes sibi invicem huiusmodi divisioni contradicere nolissent, et non contradixissent, prescripte vero partes coram nobis personali ipsorum astante dictam divisionem mediante proprijs ipsorum fassionibus ac sub oneribus fratrum ac fillorum ipsorum in se ipsos pre-assumptis corroborassent, coram nobis patrocinio presencium mediante. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras pendentis autentici sigilli nostri munimine roboratas eisdem partibus et ipsorum successoribus duximus concedendas. Datum sedecimo die termini prenotati. Anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono.

Pergamenre irt eredetije Gorzó Bálint levéltárában Komlóson; pecsétje hiányzik, másolat Petrovay Györgytől.

289.

1469. Szeptember 17. Buda. Corvin Mátyás király megemlítvén, hogy midőn egy éjjel István Moldvai vajdával összeütközése volt, nemes Váncsfalvi Koroy más udvari emberei közt mint bátor férfitu tisztességgel harczolt, miért is szolgálatai némi jutalmazásául mentesíti őt és fiát Jánost, valamint rokonait Petrovai Mihályt, Szlatinai Naan Mihályt, Farkasrévi Leuke Pétert, Sugataghi Mikley Jánost, Bárthfalvi Pétert, Uglyai Pap fiát Simont, Bárthfalusi Lupsát, Fejéregyházi Steczet és Váncsfalvi Avram Györgyöt a megyebeli fő- és alispánok, valamint szolgabírák joghatósága alól, és mindnyájokat saját személyes királyi, vagy nádora vagy országbírája joghatósága alá rendeli.

Nos Mathias Dei gratia rex Hungariae, Bohemiae etc. memoriae commendamus tenore presentium quibus expedit significantes universis, quod nos attentis et consideratis fidelitate et servicys fidelis nostri nobilis Koroy¹⁾ de Wanchfalwa per eum primum sacrae hujus regni nostri Hungariae coronae, denique nostrae maiestati sub locorum et temporum varietate cum omni fidelitatis constantia exhibitis, praesertim in partibus Moldaviae, dum pro recuperatione earundem partium laborassemus, et quadam nocte²⁾ cum Stephano Waywoda Moldaviae conflictum habuissemus, ipse Koroy interfuit, et cum hostibus pro honore nostro inter alios fideles familiares nostros ut audax vir pugnavit. Pro aliqua igitur recompensa servitiorum eundem Koroy et per ejus meritum Ioannem filium suum ac Michaelem de Petrova, alterum Michaelem Naan de Zlatina, Petrum Leuke de Farkasrew, Ioannem Mikley de Sugatagh, Petrum fillum . . . de Barthfalwa, Simonem filium Pap de Uglya, Lupsa de Bardfalusi, Stecz de Feyerhaz ac Georgium Ovrán de Wanchfalu fratres ejusdem Koroy, simul cum cunctis possessionibus, porcionibusque et juribus possessionariis, necnon rebus et bonis eorum quibusvis de plenitudine nostrae regiae potestatis et gratia speciali, a iudicio et iudicatu et quavis potestate et jurisdictione comitum vel vicecomitum et iudicum nobilium dicti comitatus Mararamarosiensis duximus in perpetuum eximendos et supportandos, imo eximimus et supportamus praesentium per vigorem, ipsos tantummodo personali praesentiae nostrae, ac palatini et iudicis curiae nostrae

regiae maiestatis iudicio et iudicatu reservandos. Quo circa vobis fidelibus nostris comitibus, vel vicecomitibus et iudicibus nobilium dicti comitatus Maramarosiensis praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris firmissime mandamus, quatenus praefatum Koroy ac praescriptos filium et fratres suos a modo deinceps ad cuiusvis instanciam in quibusvis causis et earum articulis pro quocunque facto vel negotio emergentibus iudicare, vel vestro adstare iudicatu compellere, aut ipsos in personis, possessionibus, portionibusque et iuribus possessionariis nec non rebus et bonis eorum quibuscunque, contra formam praemissae nostrae exemptionis impedire, perturbare aut quovis modo damnificare non praesumatis nec sitis ausi modo aliquali. Si qui enim quidquam actionis vel quaestionis contra dictum Koroy ac filium et fratres suos praetactos habent, vel se habere sperant, hi id in curia nostra regia personalique ac dictorum palatini et iudicis curiae nostrae praesentia legitime prosequantur ex parte utraque, et iustitia ministrabitur omni contra eos querulanti, pro ut dictabit ordo iuris, secus non facturi, praesentesque quibus sigillum nostrum secretum, quo ut rex Hungariae utimur est appensum, post earum lecturam semper reddi iubemus praesentanti. Datum Budae die dominico post festum exaltationis sanctae crucis. Anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo nono, regni nostri anno duodecimo, coronationis vero sexto⁸).

1) A Koroy=Károly nemes család Barczánfalváról származik, és egy törzsből ered a nemes Barczán és Hodor családokkal. (Lásd az 1763—1768. évi productionalis jegyzőkönyvet a megye levéltárában.) A Koruly család több helységben elterjedt, egyebek közt Szarvasszón is, hol emlékéét őrzi a Koruly csonkása és a Koruly körtefája elnevezés.

2) Quadam nocte . . . az összeütközés Moldvaországi Baia városban 1467. december 15-én éjjel történt. A küzdelemben több ezren estek el mindkét részt. Magának Mátyás királynak élete veszélyben forgott, mennyiben nyíl lövéssel hátán megsebesült, és sebének utófájdalmait négy éven át érezte (Bonfinius IV. 1.) Az ütközet után a király nem maradt Moldvában, István vajda sem vette őt üldözöbe; a király december 30-án Brassóba ért, honnan Kinizsi Pálnak meghagyta, hogy Dolhai Ambrust, kit különös oltalmába vett, megoltalmazza. Koruly e hadjáratban jelentékeny szolgálatokat tett a királynak, mennyiben ezen mentesítés ritka és jelentékeny kitüntetést képezett.

3. A leleszi conventnek 1667. évi átiratából.

290.

1470. Márczius 24. Buda. Corvin Mátyás király iktatási parancsa Kálinafalvi Sorba Demeter, Somfalvi Thivadar, István és Mihály részére, kálinafalvi és somfalvi részjószágaikat illetőleg. A beiktatás Bártfalvi Stecz fia Péter és mások ellenmondása miatt meghiusul.

Mathias Dei gracia rex Hungariae, Bohemiae etc. fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelesz salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis fidelium nostrorum nobilium Demetry Sorba de Kalinafalva, et Thyvadar, Stephani et Michaelis de Somosfalva, quomodo ipsi in dominium quarundam portionum possessionariarum, in possessionibus Kalinafalva et Somosfalva vocatis in comitatu Maramarosiensi existentibus habitarum, ipsos omnis juris titulo concernentium legitime vellent introire. Super quo fidelitati vestrae firmiter mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Ioannes Thutorga de Kalinafalva, aut Georgius Fitze de Gyulafalva, vel Ioannes Mikle de Sugatag, sive Petrus Leuke aliis absentibus homo noster ad facies dictarum portionum possessionariarum vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat praefatos Demetrium, Thyvadar, Stephanum et Michaelem in dominium earundem, statuaturque easdem eisdem simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, praemisso jure ipsis incumbenti perpetue possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet ipsos contra annotatos exponentes Demetrium, Thyvadar, Stephanum et Michaelem ad terminum competentem, nostram personalem in praesentiam, rationem contradictionis eorundem reddituros, et post haec hujusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum qui praemissae statutioni intererunt, nominibus terminoque assignato eidem nostrae personali praesentiae fideliter rescribatis. Datum Budae Sabbatho proximo post festum beati Pauli primi heremitaе. Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo. Regni nostri anno duodecimo coronationis vero sexto. Nos igitur praeceptis et mandatis ejusdem vestrae serenitatis in omnibus obedire volentes ut tenemur, una cum praefato Georgio Fitze de Gyulafalva homine vestrae majestatis unum ex nobis videlicet fratrem Pe-

trum praesbiterum ad praemissam statutionem nostro pro testimonio duximus destinandum. Qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt: Quod ipsi feria quarta proxima ante Dominicam Invocavit proxime praeteritam ad facies dictarum portionum possessionariarum vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, easdem praefatis Demetrio, Thyvadar, Stephano et Michaeli simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentys quibuslibet statuere voluissent: Tunc Petrus filius Stecz de Bardfalu, Ioannes Radul de Somos, nec non Thomas de dicta Barthfalus, et alter Stecz de Zaponcza hujusmodi statutioni contradictionis velamine obviassent. Propter quod ipsi ibidem et eodem die memoratos Petrum filium Stecz in eadem Barthfalus, Ioannem Radul in Somos, Thomam de Barthfalus in eadem, nec non Steczk in Zaponcza, quemlibet videlicet eorum in portionibus ipsorum possessionariis in dictis possessionibus contra annotatos exponentes ad octavas festi beati Georgii Martyris nunc venturas vestrae serenitatis personalem evocassent in praesentiam, rationem contradictionis eorum reddituros. Datum sexto die diei evocationis praedictae. Anno Domini supradicto.

1) Kálinalvi Sándor család productionalis peréből a vármegye levéltárában III. 1781.50.

291.

1470. Május 23. Pathak. Ország birói rendelet folytán Szerbfalvi nemes Balin Sandrin ellenmondás nélkül beiktatják szerbfalvi és budfalvi részjóságai birtokába.

Omnibus Christi fidelibus, presentibus pariter et futuris, presentium noticiam habituris, Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte Crucis de Lelez salutem in omnium Salvatore. Ad universorum noticiam serie presencium volumus pervenire, quod nos literas magnifici domini comitis Ladislai de Palocz, iudicis curie serenissimi principis domini Mathie Del gracia Hungarie, Bohemie etc. regis introductorias pariter et statutorias nobis directas honore et reverentia quibus decuit recepimus in hec verba: Amicis suis reverendis conventui sancte

Crucis de Lelez, comes Ladislaus de Palocz Iudex curie serenissimi principis domini Mathie Dei gracia Hungarie, Bohemie etc. regis amicitiam cum honore. Dicitur nobis in personis (sic) nobilis Sandrini Balyn de Zerpfalwa, quomodo ipse in dominium quarumdam porcionum possessionariarum in possessionibus Zerpfalwa predicta et Bwdfalwa vocatis in comitatu Maromorosieni existentibus habitarum, ipsum Sandrinum omni juris titulo concernentium legitime vellet introire. Super quo amicitiam vestram petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Georgius de Baarfalwa, aut Thomas Fekethe de eadem, vel Michael Kys de Dragomerfalwa, sin Georgius Kertzel de Bwdfalwa aliis absentibus homo regius ad facies prefatarum porcionum possessionariarum in prefatis possessionibus Zerpfalwa et Bwdfalwa vocatis habitarum, vicinis et commetaneis earumdem universis inibi legitime convocatis et presentibus, introducat prefatum Sandrinum Balyn in dominium earumdem, statuaturque easdem eodem premissis jure sibi incumbente perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum. Contradictores vero si qui fuerint evocet ipsos contra annotatum exponentem regiam in presenciam rationem contradictionis eorum reddituros. Et post hec huiusmodi introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premissis statucioni intererunt nominibus, terminoque assignato ut fuerit expediens dicto domino nostro regi fideliter rescribatis. Datum Pathak feria quarta proxima ante festum beati Urbani Pape. Anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo. Nos igitur petitioni prefati domini comitis Ladislai de Barfalwa homine regio unum ex nobis, videlicet fratrem Iohannem presbiterum ad premissam statucionem faciendam nostro pro testimonio duximus destinandum: Qui tandem exinde ad nos reversi, nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi feria secunda proxima ante festum Ascensionis Domini proxime preteritum ad facies prefatarum porcionum possessionariarum in prefatis possessionibus Zerpfalwa et Bwdfalwa vocatis habitarum, vicinis et commetaneis earumdem universis, videlicet Karachun de Bwdfalws, Krethwl de eadem ac Georgio filio eiusdem, Lwpsa de eadem et Dragus de Zerpfalwa inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introduxisset memoratum Sandrinum in dominium earumdem statucissetque easdem eidem simul cum universis earumdem utilitatibus premissis jure sibi incumbenti perpetue possidendas. Nullo penitus contradictore inibi apparente. Legitimis et consuetis die-

bus in faciebus earumdem juxta regni consvetudinem moram continue protrahendo. In culus rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas nostras pendentis et autentici sigilli nostri appensione munitas eidem Sandrino duximus concedendas. Datum sedecimo die diei introductionis et statutionis predictarum. Anno domini suprascripto.

Pergamenre irt és függő pecséttel ellátott eredetiből Rednik Nuczu lui Ballinnél Gyulafalván, kinél több régi nem közölt oklevél található. Szerbalfvárol nemességet igazoltak 1752. évben a Bahin (1470.) Borodi (1610.) Mirce (1505.) Duma és Paska családok; 1763—1768. években a Demjan (1755.) és Jozslp (1615.) családok.

292.

1470. Deczember 1. Buda. Corvin Mátyás király rendelete folytán Bártfalvi Fekete Tamás, Péter és Mihály a Voyth fiai beiktattatnak ellenmondás nélkül Bártfalva birtokába.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris notitiam praesentium habituris, Blasius praepositus et conventus ecclesiae sanctae crucis de Lelesz salutem in omnium Salvatore. Ad universorum notitiam serie praesentium volumus pervenire, quod nos literas serenissimi principis domini Mathiae Dei gratia Hungariae, Bohemiae regis introductorias pariter et statutorias nobis directas summo cum honore recepimus in haec verba: Mathias Dei gratia rex Hungariae, Bohemiae etc. Fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelesz salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis fidelium nostrorum Tomae, Petri et Michaelis Fekethe¹⁾ dictorum, item Moysen et Theodori filii Michaelis Voyth²⁾ de Bartfalva, quomodo ipsi in dominium cujusdam portionis possessionariae in dicta possessione Bardfalva in comitatu Maramorosiensis existente habitae, ipsos omnis juris titulo concernentis legitime vellent introire. Super quo fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Elias Vancs de Vancsfalva, et Daan de Nyires, vel Michael de Farkasrev, sive Demetrius, aut Gyula filii Michaelis Ficze de Gyulafalva, aliis absentibus homo noster ad facies dictae portionis possessionariae in prae-

fata possessione Bartfalva habitae, vicinis et commetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat memoratos Tomam et Petrum Fekethe, et alios praedictos in dominium ejusdem, statuatque eandem eidem praemisso jure ipsis incumbenti, perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet eosdem contra annotatos exponentes nostram personalem in praesentiam ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros, et post haec hujusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum qui praemissae statutioni intererunt, nominibus terminoque assignato eidem nostrae personali praesentiae fideliter rescribatis. Datum Budae, Sabbatho proximo post festum beati Andreae Apostoli. Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo. Regni nostri anno tredecimo, coronationis vero septimo. Nos vero praeceptoris mandatis dicti domini regis in omnibus obedire volentes, ut tenemur, una cum praefato Gyula filio Michaelis Ficze de Gyulafalva homine ejusdem Domini regis, unum ex nobis videlicet fratrem Antonium praesbiterum dictae ecclesiae nostrae • succentorem ad praemissas introductionem et statutionem faciendas nostro pro testimonio duximus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi, nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi feria quarta proxima ante festum beati Gregorii Papae proxime praeteritum ad facies praescriptae portionis possessionariae in praescripta possessione Bartfalva habitae, vicinis et commetaneis ejusdem universis videlicet Michaeli de Farkasrev, Elia Dancs de Vanchfalva, Ioanne Mikle de Sugatag altero Ioanne Nemes de Gyulafalva, Gosztolya de Feherfalva et Blasio de Barczanfalva inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, praefatus homo dicti domini regis praesente nostro testimonio introduxisset praefatos Tomam, Petrum et Michaellem Fekete, item Moysem³⁾ et Theodorum filios Michaelis Voyt de Bartfalva in dominium ejusdem portionis possessionariae, statuissetque eandem eidem praemisso jure ipsis incumbente perpetuo possidendam, nullo contradictore inibi apparente. Legitimis etiam et consuetis diebus in facie ejusdem juxta regni consuetudinem moram protrahendo. In cujus rei testimonium firmitatemque perpetuam praesentes litteras pendentes et authentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum sedecimo die diei introductionis et statutionis praescriptae. Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo primo.^{4) 5)}

1) Egyik ága ezen családnak mai nap is Fekete vagy Fettes nevet visel.

3) Voyth=Voik=Farkas.

3) Moys leszármazói közül néhányan a XVII. században a hegyen túl eső Avasba költözvén, ott egy falut telepitettek, mely tőlük Mozesfalva nevet visel.

4) Corvin Mátyás királynak ezen évben kelt átíró és megerősítő leveléből a bártfalvi Moys család productionalis perében (megyei levéltár III. 1784/57.) Az átíró levél eredetije Birlea Péter lelkésznél Bártfálván.

5) Bártfálváról nemességet igazoltak 1752. évben a Kodra alias Lökös (1411.) Manaila (1481.) Sztecz (1495.) Mojs (1473.) Barle (1473.) Fekete (1473.) Pap (1620.) Bátin (1581.) családok, 1763—1768. években a Jo (1345.) és Dragus (1471.) családok.

293.

1471. Január 30. Sziget. A vármegye közönsége levelének átírata, melynél fogva nemes Konyhai Simon és testvére Mares Iván egyrésztől, Dragomerfalvi Deák Iván és Nemes Dancsul másrésztől több nemes férfiak közbenjárása folytán megegyeznek Konyhának Dragomerfalva felé eső vitás határai felett.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez salutem in omnium Salvatore. Ad universorum noticiam serie presencium volumus pervenire, quod Symon de Kohnya nostram personaliter veniens in presenciam, exhibuit et presentavit nobis quasdam literas Laurency literati castellani castri Hwzth et vicecomitis terre Maramorosiensis, ac quorundam quatuor juratorum quibusdam eorum sigillis munitas, petens nos debita cum instancia ut easdem de verbo ad verbum transsumpti facere, in transsumptoque nostrarum literarum dare et concedere dignaremur, quarum tenor is est. Nos Laurencius literatus Castellanus castri Hwzth et vice comes terre Maromorosiensis, item Blasius de Barczanfalva, Michael Naan de Zlathyna, Michael Stoyka de Krichfalva et Goztholya¹⁾ de Feyerfalva, quatuor scilicet jurati, et universitas nobilium eiusdem comitatus memorie commendamus, quod nobiles viri videlicet Symon de Kohnya cum fratre suo scilicet Mares²⁾ Iwan in ipsorum necnon filiorum et fratrum suorum universorum ab una, parte vero ex altera, Deak Iwan et Nemes Danchwl de Dragamyrfalva similiter in ipsorum et proge-

ntorum suorum universorum personis, quorum onera et quelibet gravamina ad infrascripta observanda in sede nostra Iudiciaria existente, coram nobis personaliter constitutis, sponte confessi sunt in hunc modum, quod licet in facto cuiusdam terre litigiose inter ipsos diutius ventilate, in quo facto testimonio honorabilis conventus ecclesie sancte crucis de Lelez et homine regio al reambulassent, per dispositiones et ordinationes diversorum nobilium virorum videlicet Michaelis Sthybor,¹⁾ et Emerici filij eiusdem, Elie Danch de Wanchfalwa, Iwasko, Drwtha²⁾ de Iod, Symonis de eadem, Iohannis Wlad de Zelesthye, Iwan Thorkos de Dragamyrfalwa, eandem reambulacionem in suo vigore commisissent, nisi tamen unam particulam terre ecclesie sancty regis Stephany³⁾ in ipsorum possessione Kohnya fundate, a parte possessionis Dragamyrfalwa, et de meta eiusdem possessionis Dragamyrfalwa, ipsi ecclesie annuissent, ubi in campo unam metam lapideam in terram collocassent de novo, omnes eciam et quaslibet literas causales inter ipsos facto in premissis emanatas vanas, cassas et viribus carituras reliquissent et commisissent, ymo reliquerunt et commiserunt coram nobis. Tali tamen obligaminis vinculo interposito, quod si qua parcium predictarum temporum in eventu, predictam dispositionem et ordinationem predictorum nobilium virorum infringere niteretur et vellet, ex tunc talis pars contra partem alteram in viginti quinque marcis Budensibus salva porcione iudiciaria convinceretur, et convicta habeatur eo facto. Ad quod se partes prescripte onere sub prescripto coram nobis obligarunt voluntate, harum nostrarum literarum vigore et testimonio mediante. Datum in Zygeth feria tertia proxima ante festum Purificationis virginis Marie, Anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo primo. Nos vero petitioni ipsius Symonis de Kohnya annuentes prescriptas literas non abrasas, in aliqua tamen dictione quam dictione Elye, conspeximus cancellatas, non huiusmodi cancellatione perspeximus viciatas, de verbo ad verbum, sine aliquali diminutione et augmento presentibus literis, ad instantem petitionem eiusdem Symonis de Kohnya, more privilegy pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas transumpti facientes, transumptasque uberioris et durabilioris rei duximus concedendas, pro cautela. Datum feria sexta proxima ante festum sancte et individue Trinitatis. Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo primo supradicto.⁴⁾

¹⁾ Goztholya=Ágoston.

²⁾ Mares=Maris=Maros=Magnus (28. April.)

3) Sthibor—Istvan (?) lengyel név, képezve miként Zámor, Ratibor stb.

4) Drotha=Dorothaeus, a Drotu név Joodon mai nap is elő fordul.

5) Szent István király a keleti egyház martyrologiumában elő nem fordul, ekép az ő tiszteletére alapított templomnak római catholicusnak kellett lennie. Catholicus vallású lakosokról Konyhán vagy vidékén diplomáink ezen időből említést nem tesznek. Következésképp ezen templomot távol lakó ajtatosok építhették. Romjai Konyha felső szélén láthatók; felettök áll a Dragomerfalva felé vezető út melletti kereszt. Nem mellőzhetem, hogy összeköttetésbe ne hozzam ezen templommal azt, mit a Joody Péter iratai közt olvastam, ki előbb a vármegye utóbb a kir. kincstár ügyésze, s egyáltalán tudományos s a megyei oklevelekben járatos férfiu volt. Ez ugyanis a néhai szép anyám Dunka Krisztina özv. Jura Gergelyné pere előmozdítása céljából, 1796. évi szeptember 7-én többek közt következőket írta Olsávszky János udvari agensnek Bécsbe: „Nunc adest tempus, quo et amicitiam magis corroborare, et oppressae nostrae genti succurrere, per hocque inextinctum erga nos affectum contestari dignetur; en hicce patenter accludo Domino Méhesy alioquin Valachorum summo patrono Literam, ex qua semet admodum Reverenda Dominatio vestra uberius informari poterit, quamnam in arduis circumstantiis simus in hac terra Maramorosiensi, ab omnibus inimicis semper sustentata, et quia Scythae occiso per ducem Valachorum in Konyha Almo duce Schyitarum ad hanc terram nullatenus admissi fuissent etc. Álmos vezérről, az Árpád vezér atyjáról honi krónikáinkban (Chronicon Posoniense L. II. Cap. I. §. 3. — Budense — Marci Chronica 13.) csak annyit találunk: „in patria Erdelw occisus est, non enim potuit in Pannoniam introire.“ Hagyományként hallottam, hogy a magyar nép egy része Borsa felől jött be a Torojaga havas alatt és hogy megütközött volna Konyha környékén. Ezeket egybevetve nem lehetetlen, hogy a Sz. István tiszteletére épült templomot ezen események emlékére alapították. A romok környékén tehető ásatások világot deríthetnének ezen felette érdekes eseményekre. Árpád vezér sírja felé is templomot építettek, fejjér templomot Ó-Buda közelében, ennek fekvése azonban, daczára hogy arról sok adat emlékezik, eddig tüzetesen megállapítható nem volt. (Lásd az erre vonatkozó adatokat Dr. Wekerle László: „Alba Mária mint Árpád sírja hol fekvése meghatározása“ című munkájában. Budapest 1885.) — Méhesy udvari tanácsos volt az Erdélyi cancelláriánál. — A Konyha község feletti hegy neve „Gruui valului“ (vallum) erősített helyre mutat, és annak emlékét őrzi.

6) Pergamenre írt függő pecséttel ellátott eredetiből Dr. Máris Illés ügyvédnél.

294.

1471. Február 6. Dragomérfulvi Deák János, Alsó-Visói Mandra Koztha és Joodi Simon egyrésztől, másrésztől Kohnyai Simon és testvérei Maros János és Buftea János meg-egyeznek Kohnya és Kis-Bocskó vitás határai iránt.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentium noticiam habituris Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez salutem in omnium Salvatore, ad universorum noticiam serie presentium volumus pervenire, quod Iohannes Deak de Dragomerfalva ac Mandra Koztha de Also-Viso, et Symon de Jod ab una, parte vero ab altera Symon de Kohnya, antefatus Iohannes Deak Danch fratris, dictus vero Symon de Kohnya, Iohannis Maros, ac alterius Iohannis Bwchtha¹⁾ de eadem Kohnya fratrum, idem et ceteri prescripti aliorum quorumlibet fratrum et consanguineorum ipsorum onera et quelibet gravamina ad infrascripta inviolabiliter observanda super ipsos assumptentes coram nobis personaliter constituti, per prefatos Iohannem Deak, ac Mandra Koztha²⁾ et Symonem de Jod confessum extitit in hunc modum. Quod quia prefati Symon de Kohnya ac Iohannes Maros et alter Iohannes Bwchtha nuperrimis diebus retroactis vigore certarum literarum reambulatoriarum metalium exinde confectarum possessiones ipsorum Kohnya et Kisbachko vocatas in comitatu Maramorosienzi existentes et habitas, una cum Donka de Sayo homine regis et fratre Petro presbitero nostro hominibus per ipsorum veras metas et antiquas reambulare et ab aliorum juribus sequestrare voluissent, tunc prefati Iohannes Deak et Danch de iamdicta Dragumerfalwa huiusmodi reambulacioni et metarum consignacioni contradixissent, tamen ipsi parcere volentes parcium fatigys et expensis, huiusmodi contradictionem revocant, dictas autem possessiones de parcium voluntate primo a parte possessionis Dragumerfalwa tali distincione metarum sequestrassent. Quod primo incepissent a quodam magno lapide inter terras arabiles in medio unius jugerts non arate vulgo Parlag³⁾ vocate, deinde versus orientem directe tendendo, vadit ad fluvium Iza, parvum reflectendo, deinde persaliendo dictum fluvium Iza tendit ad rivulum Rugynosa,⁴⁾ de hinc per eundem rivulum sursum tendendo versus plagam meridiionalem, pervenit ad terram Prislop⁵⁾ vocatam, demum ad plagam occidentalem declinando attingit metas possessionis

Iod. Ex hinc servata eadem plaga venit ad fluvium Sospathak,⁶⁾ et per eundem fluvium infra parvum pergendo versus dictam possessionem Kohnya, De hinc versus dictam occiduam plagam de dicto fluvio sursum veniendo per unam silvam per cadit ad fluvium Iod. De hinc dictum fluvium transsaliendo currit inter terras arabiles versus eandem plagam, vadit ad lapidem Feyerkew,⁷⁾ qui esset meta utriusque possessionis Iod et Kohnya. Deinde de ipso lapide versus sinistrum ad dictam plagam pervenit et cadit ad meatum aque Gorbopathaka,⁸⁾ per meatum autem ipsius aque Gorbopathaka inferioris dicti, infra pervenit ad dictum fluvium Iza, per parvum spacium in alveo seu meatu ipsius fluyy currendo transsalit ad plagam aquilonarem, venit ad quoddam pathak Melyanpathaka,⁹⁾ per ipsum pathak sursum tendendo ultra silvam Gerthyaheg pertransiendo ad partem possessionis Vyso, tendit ad rivulum Fenywspathaka¹⁰⁾ per quendam montem, de ipso vero monte declinando venit ad fluvium Wysowize vocatum, contra cursum ipsius aque sursum ascendendo ad plagam orientalem venit ad fluvium Bachkopathaka.¹¹⁾ Deinde similiter contra cursum ipsius sursum ascendendo in fine cuiusdam terre Danowa ascendit ad quendam montem silvestrem. Deinde inter possessionem Bachko et Viso ipsam silvam directe dividit ad quoddam pathak, quod defluit in dictam possessionem Vyso, et per dictum patak contra meatum ipsius ascendendo, venit ad verticem cuiusdam montis a parte possessionis Zelesthye et Bachko tendit versus possessionem Dragumerfalva, descendendo de ipso monte ad latus silve pinose versus possessionem Bachko predictam, attigit verticem cuiusdam montis, et de ipso monte descendendo, venit ad primam metam lapideam et ibi terminatur. Illis etiam condicionibus intersertis, quod si ipsi aut dicti Symon, et utrique Iohannes dictam fassionem et metam consignacionem ac erectionem temporum in eventu infringere, aut retractare niterentur, extunc partem alteram in facto succumbentem (sic) duelli facti potencialis convinceretur et convicta haberetur eo facto. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras pendentis et autentici sigilli nostri appensione munitas duximus concedendas. Datum in festo beate Dorothee virginis et martiris. Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo primo.

¹⁾ Deak=Diacon=Literatus. A Bufta és Deák nemes családok máig is birtokosok Konyhán, Dragomerfalván és környékén.

²⁾ Mandra-prudens ó-szloven szó nasalismussal, szépet, okosat jelent; származhat a latin mundus, mundulus szóból is, mely esetben a Formosus, vagy Pulcheria neveknek felel meg.

³⁾ Magyarul *parlag*, románul *pirlog* annyi mint művelés alá nem vett föld, az ó-szlóven *prilog*-ból származik.

⁴⁾ Ruginosa-rozsdás, a román nyelv természetének megfelelő orthographiával írva.

⁵⁾ *Prislop* hegyi átjárások megjelölésére gyakran használt szláv szó.

⁶⁾ Sós-patak=Valea Slatinei Jood és Konyha határai érintkezésénél.

⁷⁾ A Fejérkónél (alabastrum) érintkeznek a határok ma is.

⁸⁾ Gorbopataka alatt a sajói Gorbova értendő, garbov=görbe szláv szó.

⁹⁾ Melianpataka Rozalia és Konyha határai érintkezésénél.

¹⁰⁾ Fenyőspataka név ma elő nem fordul, de alatta a Kis-Bocskótól leebb eső Valea Liberului értendő, mely elnevezését vagy Sz. Liberius-tól—Oliver (27. August) vehette, vagy pedig „Liber Pater”-től, ki a római mythologia szerint az emberek sokaságának, s a termények bőségének Istene volt. s a kiről Dacia feliratos kövei 12 ízben említést tesznek (Lásd Mommsen: Corpus Inscriptionum Latinarum Volumen III.)

¹¹⁾ Bochkopataka=Valea Lograd, miként a katonai térképeken nevezve van.

¹²⁾ Pergamenre írt, függő pecséttel ellátott eredetiből dr. Máris Illés ügyvédnél.

295.

1471. Február 19. Buda. Rozgonyi János gróf ország-bírájának iktatási parancsa, melynek alapján Joodi Balázs, János és Elek ellenmondás nélkül beiktattatnak Jood egy negyed része birtokába: több szomszédbirtokos és királyi ember megneveztetik.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris noticiam presencium habituris. Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez salutem in omnium Salvatore. Ad universorum noticiam presencium serie volumus pervenire. Quod nos literas magnifici domini comitis Iohannis de Rozgon iudicis curie vestre serenitatis introductorias pariter et statutorias nobis directas honore et reverencia quibus decuit recepimus in hec verba, Amicis suis reverendis conventul ecclesie de Lelez, comes Iohannes de Rozgon iudex curie serenissimi principis domini Mathie Dei gracia regis Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. amicitiam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis Blasy de Iod, ac Iohannis et Alexy de eadem Iod, quomodo ipsi in dominium quarte partis totalis possessionis Iod predictae in comitatu Maramarosiensti existentis et habite ipsos omnis juris titulo concernentis

legittime vellent introire, super quo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Gywla filius Pap Nan de Gywla falwa, aut Georgius de Kalinfalwa, vel alter Gywla filius Fijze, sin Petrus de Barthfalwa, seu Gozholya de Feyerfalwa, seu Elias Danch de Wanchfalwa, alys absentibus homo regius ad faciem prescripte possessionis Iod, consequenterque dicte quarte partis eiusdem in eadem habite, vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatos exponentes in dominium eiusdem quarte partis dicte possessionis, statuaturque eandem eisdem simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinencys quibuslibet, premissis jure ipsis incumbenti perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatos exponentes regiam in presenciam ad terminum competentem, racionem contradictionis eorundem reddituros, et post hec huiusmodi introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum qui premissis statucioni intererunt nominibus terminoque assignato, ut fuerit expediens, dicto domino nostro regi fideliter rescribatis. Datum Bude feria secunda proxima ante festum Kathedre beati Petri apostoli. Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo primo. Nos vero petitioni prefati domini comitis Iohannis de Rozgon, annuentes ut tenemur, unacum prefato Gywla filio Pap Nan de Gywla falwa homine dicti domini nostri regis, unum ex nobis videlicet fratrem Anthonium presbyterum, antedicte ecclesie nostre succentorem ad infrascriptas introduccionem et statucionem faciendam nostro pro testimonio duximus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis conformiter retulerunt, quod ipsi in dominica Reminiscere proxime preterita, ad faciem prescripte possessionis Iod consequenterque dicte quarte partis eiusdem in eadem habite, vicinis et commetaneis eiusdem universis videlicet Symone et Maros de Kohnya, Iwan Thorkos et Sandrino de Dragomerfalwa inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, prefatus homo prefati domini regis dicto nostro testimonio presente introduxisset memoratos Blasium de Iod, ac Iohannem et Alexium de eadem Iod in dominium eiusdem quarte partis dicte possessionis, statuissetque eandem eisdem simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinencys quibuslibet, premissis jure ipsis incumbenti perpetuo possidendam, nullo contradictore inibi apparente, legitimis et consuetis diebus in facie eiusdem moram protrahendo. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam

presentes literas pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum sedecimo die diei introduccionis et stacionis predictarum. Anno domini supradicto.

Pergamenre irt. függő pecséttel ellátott eredetiből Bálya Jánosnál Joodon.

296.

1471. Szeptember 11. Corvin Mátyás király Bártfalvi Fekete Tamás, Péter és Mihály — Moys és Theodor a Voyth Mihály fiaí — János, Péter és Lukács a Tamás fiaí és György a Moys fia kérésére útírja és megerősíti az 1423. évi június 16-án és 1470. deczember 1-én kelt diplomákat.

Mathias Dei gratia Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Serviae, Galiciae, Lodomeriae, Comaniae, Bulgariaeque rex. Omnibus Christi fidelibus, praesentibus et futuris praesentium notitiám habituris salutem in omnium Salvatore, ad universorum noticiám harum serie volumus pervenire, quod pro parte et in personis fidelium nostrorum Tomae, Petri et Michaelis Fekethe dictorum, item Moysi et Theodori filiorum Michaelis Voyth de Barthfalwa ac Ioannis, Petri et Lucae filiorum praefati Tomae, nec non Georgii filii Moysi praedicti exhibitae sunt nobis quaedam duae litterae conventus ecclesiae sanctae crucis de Lelesz sigillis ejusdem conventus pendentibus communitae, quarum una mediante praedecessores seu progenitores ipsorum, in tenore ejusdem litterae nominatim expressi, super quadam portione possessionaria in possessione Bartfalva in comitatu MaramarosienSI existente habita ipsis quandam fassionem, modo similiter in tenore ejusdem litterae expresso fecisse dinoscuntur. Alia vero mediante ipsa portio possessionaria in dicta possessione Bartfalwa ipsis nullo contradictore apparente statuta fuisse declaratur tenorum infrascriptorum, supplicatumque est pro parte ipsorum nobis humiliter, ut easdem litteras ratas, gratas et acceptas habentes, litterisque nostris privilegialibus de verbo ad verbum inseri facientes, hujusmodi fassioni nostrum regium consensum praebere ac easdem litteras et omnia in eis contenta, eisdem ipsorumque heredibus et posteritatibus universis innovantes perpetuo valituras confirmare dignemur, quarum quidem litterarum primae videlicet

tenor talis est: Omnibus Christi fidelibus etc. (vide sub No. 150.) Alterius vero tenor sequitur in haec verba: Omnibus Christi fidelibus etc. (vide sub No. 292.) Nos igitur huiusmodi supplicationi nostrae pro parte praefatorum Tomae, Petri et Michaelis ac aliorum praescriptorum modo praemisso porrectae maestati regia benignitate exaudita et clementer admissa, praescriptas litteras non abrasas, non concellatas, nec in aliqua sui parte suspectas praesentibusque litteris nostris privilegialibus de verbo ad verbum sine diminutione et augmento aliquam insertas, quoad omnes earum continentias, clausulas et articulos eatenus, quatenus eadem rite legitime existunt emanatae, ratas, gratas et acceptas habentes, praedictae fassioni nostrum regium consensum praebemus, et insuper easdem litteras et omnia in eis contenta pro praefatis Toma, Petro et Michaele ac aliis praenominatis ipsorumque haeredibus et posteritatibus universis innovantes perpetuo valituras confirmamus, praesentis scripti patrocinio mediante. Salvis iuribus alienis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam praesentes concessimus litteras nostras privilegiales pendentis et authentici dupplicis sigilli nostri munimine roboratas. Datum per manus reverendissimi in Christo patris Domini Ioannis archyepiscopi ecclesiae Strigoniensis, Aulae nostrae summi cancellarii dilecti et fidelis nostri. Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo primo, tertia Idus Septembris regni nostri anno quarto decimo coronationis vero octavo.

A bártfalvi Moys család productionalis perénél lévő másolatról a megye levéltárban III. 1784/57. Eredetije Birlea Péter bártfalvi lelkésznel.

297.

1472. Január 12. Buda. Corvin Mátyás király rendelete a szent-jogi conventhez az iránt, hogy Dolhai Ambrust és fiait Demetert, Györgyöt, Jánost és Pétert Dolha és Rozalia birtokok fele részébe beiktassa. Jelentés hiányzik.

Mathias Dei gracia rex Hungarie, Bohemie etc. fidelibus nostris conventui ecclesie de Zenth Jogh, salutem et gratiam, dicitur nobis in personis fidelium nostrorum nobilium Ambrosij de Dolha, Demetrij, Georgij, Iohannis et Petrj filiorum eiusdem Ambrosij, quomodo ipsi

in dominium medietatum porcionum possessionariarum in possessionibus Dolha predicta ac Rozalija in districtu Maromarosensi existentibus habitarum, ipsos omnis juris titulo concernencium legitime vellent introire. Super quo fidelitatj vestre firmiter precipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo presente Stephanus, aut Iohannes, vel Michael de Lijpse, alijs absentibus homo noster, ad facies prescriptarum medietatum porcionum possessionariarum in dictis possessionibus Dolha et Rosalija, habitarum, vicinis et commetaneis earundem universis, inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat memoratum Ambrosium de dicta Dolha, et alios prescriptos in dominium earundem, statuatque easdem eisdem, simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinencijs quibuslibet, premisso Jure ipsis incumbentj perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, evocet ipsos contra annotatos exponentes, nostram personalem in presentiam ad terminum competentem, racionem contradiccionis eorum reddituros, et post hec huiusmodi introduccionis et statucionis seriem, cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statucionj intererunt nominibus, terminoque assignato eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis, Datum Bude feria secunda proxima post festum Beatj Pauli (primi ere)mite. Anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo, regni nostrj Anno quarto decimo, Coronacionis vero octavo.

Dorso: Fidelibus nostris conventui ecclesie de Zenth Jog pro nobili Ambrosio de Dolha et alijs intrascriptis

Introductoria et
Statutoria

Lecta.

Közölte gr. Teleky J. Hunyadiak kora XI. k. 466. lapon.

298.

1472. Márczius 3. Buda. Corvin Mátyás király rendelete minden vármegye adószedőihez az iránt, hogy Dolhai Ambrus birtokaiból és jobbágyaitól semmi adót ne szedjenek, miután azon adót neki saját céljaira átengedte.

Commissio domini Regis.

Mathias Dei gracia rex Hungarie, Bohemie etc. fidelibus nostris universis dicatoribus et exactoribus presentis contribucionis ubilibet et in quibuscumque comitatibus regni nostri constitutis et existentibus presentes visuris, salutem et gratiam. Quia nos contribucionem ipsam que de bonis et possessionibus fidelis nostri Ambrosij de Dolha nobis provenire deberet, eidem pro suis servicijs duximus remittendam et relaxandam, remittimusque et relaxamus per presentes. Fidelitati igitur vestre firmiter precipientes mandamus, quatenus receptis presentibus, dictam contribucionem in bonis et possessionibus prefatj Ambrosij de Dolha exigere, populosque et jobagiones in eisdem bonis suis commorantes, racione non solucionis eiusdem nullatenus impedire presumptis, sed eandem sibi aut hominibus suis per eum ad hoc deputatis exigendam relinquatis. Secus non facturi, presentes pro vestra reservetis expedicione. Datum Bude in dominica Letare. Anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo, regnj nostri Anno quintodecimo, coronacionis vero octavo.

Közlé gr. Teleky J. Hunyadiak kora XI. k. 467. l.

299.

1472. Augusztus 2. Buda. Corvin Mátyás király rendelete Horváth János főispánhoz és ennek utódaihoz, hogy az öt város polgárait és lakóit, kik a románok és más ellenségek pusztításai miatt sokat szenvedtek, királyi elődei és édesatyja idejében élvezett szabadságaikban megőrizzék és azokban ne háborgassák.

Nos Mathias Dei gratia rex Hungariae, Bohemiae etc. memoriae commendamus tenore praesentium, significantes quibus expedit quod nos tum accepta supplicatione fidelium nostrorum honorabilis et circumspecti Magistri de Szöllös Vicary Ioannis Horvath comitis et Andreae Hintzy civium terrae Maramarosiensis, per eos pro parte ipsorum, ac universorum civium et inhabitatorum oppidorum nostrorum Huszth, Szigeth, Hosszumező, ac Visk et Tetsew in comitatu terrae Maramarosiensis existentium commorantium, nobis propterea facta, tum vero percepta combustione ac devastacione ac desolatione eorundem oppidorum nostrorum, quas superioribus temporibus eadem penes fidelitatem ipsorum nobis observandam per Valachos et alios aemulos nostros susceperunt, eosdem cives et inhabitatores oppidorum eorundem, et unumquemque eorundem sicuti majorem sic et minorem omnibus illis libertatum praerogativis, quibus ydem temporibus praedecessorum nostrorum regum Hungariae, ac etiam condam inclyti genitoris nostri usi fuere et gavis, etiam nostris temporibus uti frui et gaudere volumus et annuimus decernimusque per praesentes, quo circa vobis fidelibus nostris egregio Ioanni Horvath moderno comiti, universisque aliis et singulis futuris comitibus dicti comitatus terrae nostrae Maramarosiensis harum serie firmiter committimus et mandamus, ut a modo deinceps perpetuis semper successivis temporibus universos praefatos cives et inhabitatores oppidorum nostrorum praedictorum in cunctis et omnibus libertatibus eorum, quibus scilicet ydem temporibus dictorum praedecessorum nostrorum regum Hungariae, ac etiam condam Domini incliti genitoris nostri usi fuere et gavis, tenere et conservare debeatis, nec eosdem contra hujusmodi eorum libertates in aliquo turbare et impedire praesumatis et nec sitis ausi modo aliquali, gratiae nostrae sub obtentu. Praesentes autem quas sigillo nostro personali impendenti communiri fecimus post earum

lecturas semper reddatis praesentanti. Datum Budae die dominico proximo post festum ad vincula beati Petri Apostoli. Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo. Regni nostri Anno quinto decimo, coronationis vero nono.

1) A Robert Károly király által 1329. évben kiadott oklevél szerint az öt város ki volt véve a főispánok joghatósága alól, de ezeknek utóbb sikerült a városok felett törvényellenes hatalmat gyakorolni; innen van a főispánhoz intézett rendelet szigorú hangja. A pusztítások a moldvaiak 1468. évi betörésére vonatkoznak, kikkel Mátyás király hadi lábbon állott. Ezen betörésről emlékszik egy 1469. évi oklevél, melynek eredetije a szigeti ref. lyceum könyvtárában őriztetik.

2) Becske János és más viski lakosok productionalis perénél lévő hiteles másolatról a vármegye levéltárában III. 1782/24. Megvan a kir. kincstárnak nemes Tóth Mihály ellen indított pere iratai közt is u. o. III. 1784.37. Közölte gr. Teleky J. Hunyadiak kora XI. k. 479. l.

3) Husztról nemességet igazoltak 1752. évben a Bölöni Nagy (1630.) Csernelházi Csermek, Borosjenői Rácz, Tirnovi (1686.) Nagyidai (1627.) Réty Gazda (1673.) Toot (1617.) Lévai (1667.) Törzsök (1624.) Szabó (1698.) Bencsik (1698.) Szöllösi, Káplány (1621.) Kapási (1711.) 1763—1769. években a Tharics (1627.) családok. A Réty-Gazda családtól különbözik a bürkösi és bolyai nemes Réthy család.

4) Visokról nemességet igazoltak 1752. évben a Neste (1698.) Háder (1699.) Varga (1699.) György (1699.) Jöres, Verécsi, Lipai (1658.) Benedek, Tokai; 1763—1769. években a Kosa (1612.) továbbá a Czébel III. 1781/42. Lőke III. 1781/43. Becske III. 1782/24. Hanka III. 1782/28. Lőrincz III. 1782/29. családok.

1473. Márczius 13. Buda. Az ország birájának rendelete az iránt, hogy Bélteki Drágfy Miklós beiktattassék Barczánfalva, Iza, Alsó-Apsa, Rozalia, Szurdok, Sajó, Ruszkova, Batiza, Bedő, Bélavár (Kis-Kirva), Karácsonfalva, Váralja, Bocskó, Fejéregyház, Két-Visó és Borsa birtokába. A birtokosok mindenütt tiltakoznak.

Amicis suis reverendis conventui ecclesiae de Lelez comes Stephanus de Bathor Iudex curiae serenissimi principis domini Mathiae Del gratia regis Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. Amicitiam paratam cum honore. Dicitur nobis in persona egregy Nicolai Draghfy de Beltek, quomodo ipse in dominium totalium possessionum

Barzanfalva, Iza, Also-Apsa, Horozlaule, Zurdog, Sajo, Oroszfalu, Batizfalva, Bedewhaza, Belavar, Karacsonyfalva, Varallya, Bocsko, Fejeregyhaz, Ket Visso et Bors vocatarum omnino in comitatu Maramarosensi existencium habitaram ipsum omnis iuris titulo concernentium legitime vellet introire. Super quo vestram amicitiam praesentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo praesente Michael Buth de Buthfalva aut Ioannes Karulyay de eadem Buthfalva, vel Michael Löke de Farkaskeő aliis absentibus homo regius ad facies praescriptarum possessionum Barzanfalva, Iza, Also-Apsa, Horozlavlye, Zurdok, Sajo, Oroszfalu, Batizfalva, Bedewhaza, Belavar, Karacsonfalva, Varallya, Bocsko, Fejeregyhaz, Ket Visso et Bors vicinis et commetaneis earundem inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat praefatum exponentem in dominium earundem statuatque easdem eidem, simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinencys quibuslibet, praemisso titulo sibi incumbente, perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet eosdem contra annotatum exponentem regiam in praesentiam ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros. Et post haec hujusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui praemissae statutioni intererunt nominibus, terminoque assignato, ut fuerit expediens dicto domino nostro regi fideliter rescribatis. Datum Budae Sabbatho proximo ante Dominicam Reminiscere. Anno Domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio. *Relationis post haec superinde confectae contencencia habetur sequens*: Regius Ioannes Karulay de Buthfalva, noster frater Nicolaus presbyter, feria quarta proxima post Sophiae, Ladislaus filius quondam Blasy Sztanka, ratione contradictionis Barczanfalva; tandem feria quinta immediate sequenti Ioannes et Blasius Hozzyu de Also-Apsa ratione contradictionis ejusdem Also-Apsa, eademque feria quinta Ambrosius de Dolha ratione contradictionis Hrozallya, et eadem die Franciscus filius Georgy Peterman ratione contradictionis Sajo, Batizfalva in eadem, posteaque eadem die Iohannes de Dolha ratione contradictionis Orozfalu et Hrozallya, tandem feria sexta Ioannes et Stefanus de Bedewhaza ratione contradictionis Bedewhaza in eadem, postea quidem eadem die Michael Tatul de Kirva ac Georgius de Borsa ratione contradictionis Belavar, Karacsonyfalva et Bochkoy in eisdem, posterius quidem Petrus Nan de Zlatina ratione contradictionis Varallya et Fejeregyhaz in eadem Zlatina,

postremo quidem eodem die Nicolaus Pap de Viso ratione contradictionis Ket Viso et Borsin eadem evocassent.

Leleszl Convent (Statutoriarum D. No. 224.)

301.

1473. Deczember 18. Buda. Corvin Mátyás király rendelete a leleszi conventhez az iránt, hogy megvizsgáltassék Leordinai Orda János özvegye, Ilosvai Karácson leánya Margit nemes asszony panasza, kitől néhai Dolhai Ambrus fia Leordinai egész, és Rozaliai, Polyánai és Lonkai részjóságát erőszakkal elfoglalták.

Mathias Dei gracia rex Hungarie. Bohemie etc. Fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez, salutem et gratiam. Exponitur nobis in persona nobilis domine Margarethe vocate relicte condam Ioannis Orda filij Michaelis similiter Orda de Lyurdyna filie videlicet condam Karachon de Iloswa, quomodo circa festum Purificacionis B. Marie virginis in anno culus jam tertia instaret revolutio, preteritum, Demetrius, Georgius, Ioannes, Ladislaus, Petrus et Nicolaus filij condam Ambrosy de Dolha ex consensu et voluntate Andree de Bilke et Michaelis Thattol de Kyrva, totalem possessionem eiusdem condam Ioannis Orda Lyurdyna predictam ac universas portiones possessionarias similiter eiusdam condam Ioannis Orda in possessionibus Rozavlya, Polyana et Lonka vocatis, omnino in comitatu Maramarosiensi existentibus habitas, que per mortem ipsius condam Ioannis Orda in puellas, filias scilicet ejusdem a prefata domina Margaretha progenitas nunc in tenera etate constitutas, lure hereditario devolute essent, et de quibus quidem possessione et porcionibus possessionarys ipsi domine Margarethe exponenti juxta regni nostri consuetudinem dotis et res parafernales provenire deberent, a manibus eiusdem domine exponentis et per consequens dictarum puellarum minus juste ac indebite ac preter solutionem dotum ac rerum parafernalium predictarum occupassent, occupatasque tenerent eciam de presenti, potencia mediante, in prejudicium et dampnum dictarum domine et puellarum valde magnum. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum

mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Stephanus de Bilke aut Michael vel Ioannes filij eiusdem Stephani, sin Ladislaus filius Michaelis, seu Stephanus filius Ioannis Gorzo de eadem Bilke, sive Stephanus de Lypche, neve Michael filius Stephani de eadem Lypche, an Gyula seu Demetrius filij Michaelis Fyche de Gyulafalwa, vel Simon Gerhes de Zarwazow alys absentibus, homo noster scita prius premissarum mera veritate, evocet prefatos Demetrium, Georgium, Ioannem, Ladislaum, Petrum et Nicolaum filios condam Ambrosy de Dolha, ac Andream de Bilke et Michaellem de Kyrwa, contra annotatam dominam exponentem ad octavas festi beati Georgy martyris nunc venturas nostram personalem in presenciam, racionem de premissis reddituros efficacem, litis pendencia si qua foret inter ipsos non obstante, insinuando ibidem eisdem ut sive ipsi octavis in predictis coram eadem nostra personali presenciam compareant, sive non, eadem ad partis comparentis instantiam id faciet in premissis, quod juri videbitur expediri. Et post hec huiusmodi inquisitionis, evocacionis et insinuacionis seriem cum nominibus evocatorum octavas ad predictas eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude Sabbatho proximo post festum Beati Lucie Virginis Anno M^o CCCC^o LXX tercio. Regius Michael filius Stephani de Lypche, noster frater Gregorius senior suo modo in Maramarosensi, item a feria sexta post festum Epiphaniarum Domini Demetrium, Georgium, Ioannem, Ladislaum, Petrum et Nicolaum de porcionibus eorundem in Zadnya vocata, ac eodem die Andream de Bilke in eodem Bilke, regius Demetrius filius Michaelis Fyche noster frater Gregorius ac feria quarta post Epiphanie Michaellem Thatol de Kyrwa de portione sua possessionaria Karachonfalwa evocassent.

Leleszi Convent (Actorum No. 14.) Másolat Petrovay Györgytől. — Leordináról nemességét igazoltak 1752. évben az Urda (1427.) Leordinai Leordean (1411.); 1763—1769. években a Lazor (1684.) családok.

302.

1474. Junius 17. Néhai Bártfalvi Fekete András fia Tamás és ennek fia János tiltakoznak a leleszi convent előtt az ellen, hogy Kálinafalvi György, Bártfalvi György, Fejérfalvi Gosztolya, Somfalvi Radul János és több más távollévők a néhai Fekete András és Barle Vlad bártfalvi részjóságát birtokba vették.

Nos Blasius praepositus et conventus ecclesiae sanctae crucis de Lelesz memoriae commendamus, quod Thomas filius condam Andreae Fekethe de Barthfalva nostram veniens in praesentiam ipse personaliter in sua, et Iohannis filii sui tamquam absentis personis, Georgium de Kalynfalva ac Georgium de Barthfalva et Gosztholya dictum de Feyerfalva, ac Iohannem filium Iohannis Radul de Somosfalva . . . nos personaliter ac . . . ad faciem repertos . . . eundem Iohannem Radul, ac Nicolaum et Kosztha dictum filios ejusdem Iohannis Radul, ac Zihecck de eadem Bartfalva, ac Petrum, Sandrinum et Iohannem filios ejusdem Zihecck, atque Duma Nemes dictum de Somosfalva, ac Iohannem filium ejusdem Duma tamquam absentes a detentione et conservatione usuumque et quarumlibet utilitatum perceptione portionum possessionariarum in possessione Barthfalva vocata in comitatu Maramarosiensi existente habitatum, quas scilicet portiones possessionarias olim praefatus condam Andreas Fekethe et condam Barle Vlad de eadem Bartfalva possedissent, sibi ipsisque de cetero perpetuatione earundem quoquomodo factis vel fiendis prohibuit contradicendo, et contradixit inhibendo publice et manifeste coram nobis vigore et testimonio praesentium mediante. Datum feria sexta proxima post festum beatorum Viti et Modesti martirum. Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto.

Aranyos-megyesi Barle Theodor productionalis perénél lévő másolatról (megyei levéltár III. 1782/32.) Fejérfalváról nemességet igazoltak 1752. évben a Cziplé (1590.) Vancsa (1642.) Somfalváról ugyan akkor a Fuior családok; 1763—1768. években Fejérfalváról a Vlása (1636.) Somfalváról a Rad (1577.) család.

303.

1474. Szeptember 27. Sziget. A vármegye tisztviselői igazolják, hogy azon per, mely egyrésztől Váncsfalvi János, Nemes Péter és Daan, másrésztől Váncsfalvi Illés, Tivadar, György és Mihály közt még a Lőrincz alispán idejében keletkezett, választott bírák határozatával befejezést nyert akkép, hogy Nánfalva és Disznófalva birtoka négy egyenlő részre osztatott a perlekedők közt, kik részbirtokaikba be is vezették.

Nos Ladislaus Magnus castri Huszt et Paulus Magnus castelli de Ronaszek castellani, necnon comites terrae Maramorosiensis, item Sandrinus Balya de Iod, Michael Fitzza de Gyulafalua, Petrus Nan de Zlathina et Petrus Tivadar de Zaploncza quatuor scilicet iudices nobilium ejusdem comitatus damus pro memoria, quod nobiles Ioannes, Petrus Nemes ac Daan dicti de Wancsfalua ut actores ab una, onera et quaecunque gravamina filiorum suorum super se levantes, necnon Elias, Tivadar, Georgius¹⁾ et Michael dicti de Wancsfalua praedicta similiter pro filiis sponderunt partibus ab altera, coram nobis personaliter extantes nutu ipsorum voluntario confessi sunt in hunc modum, quomodo licet inter ipsos adhuc tempore Laurentii castellani castri Huszt necnon vicecomitis terrae Maramorosiensis pro tunc existentis ratione et pretextu quarundam possessionum Nanfalua et Disznofalua vocatarum in comitatu Maramorosiensi existentium et habitarum lis seu controversia a diuturno fuisset mota et exorta, ac coram ipsis aliquamdiu ventilata, tam ipsi ex ipsorum proborum instinctu, ad causam praedictam discernendam quosdam probos nobiles ex amborum parclum voluntate dictos videlicet Ioannem Marus de Kohnya, Petrum Gerhes de Zarvazzo, Blasium de Bortzanzfalwa, Ladislaum de Gyulafalua, Michaellem Gosztolya²⁾ et alterum Michaellem Vida³⁾ de Lopatak⁴⁾ ex mutua deliberatione praehabita elegissent, allegantes se partes prefatae rate, firme et inviolabiliter fide ipsorum mediante observaturas nobiles actum. factum seu dispositum fuerit in causa ipsorum praenotata, quam quidem nobiles causam ipsam similiter iuribus actis ac privilegiis ipsorum antiquis agnoscentes taliter decrevisset, ut praedictae duae Nanfalua videlicet

et Disznofalua possessiones inter eosdem in quatuor partes equales sequestrentur, quarum parcium una Ioanni et Petro Nemes cum filiis eorundem de Vanchfalua, altera Eliae et Tivadar Danch dictis similiter cum filiis de eadem Vanchfalua, tertia Georgio et Michaeli de ipsa Vanchfalua et quarta Georgio Vanch cum filiis similiter de Vanchfalua cedant in divisione, super quibus praefatae partes fuissent contentae, dempto Georgio Vanch, qui se de compositione praefata ab initio causae et negotii exceptum habere curasset, nec partes praefatae eundem in ordinationem praefatam inmiscere voluissent coram dictis probis, electis, imo et contenti extitissent excepto Georgio Vanch, unde dicti nobiles Elias, Tivadar, Michael et Georgius Danch dicti petentes nos debita cum instantia, ut nos eosdem in dominium praedictarum possessionum, videlicet Nanfalua et Disznofalua vocatarum mediae partis, iuris ordine observato introducere et introduci faceremus, cum cunctis suis utilitatibus ad medietatem illarum possessionum pertinentium, tali vinculo interposito, ut quaecunque partium praefatarum, dempto Georgio Vanch, litem hanc sedatam et depositam amplius movere curaverit seu curaverint, talis pars contra alteram in centum florenis auri, sine comitis et iudicum porcionibus, convicta habeatur eo facto, ad quod partes praedictae se spontanea coram nobis obligassent voluntate, praeterea nos similiter ipsam causam coram nobis satis longe discutientes et vertentes in nostra sede iudicaria, etiam instrumenta litteralia et privilegia similiter agnoscentes et videntes modo simili decrevimus iudicando, ut praedicti electi nobiles et nos nobiles Eliam et Tivadar Danch dictos ac Georgium et Michaellem filios condam Lucae de Wanchfalua similiter novo titulo introduccionis et statucionis introduximus in dominium mediae partis praefatarum possessionum Disznofalua et Nanfalua vocatarum, cum universis suis utilitatibus et pertinenciis, quae de iure medietatem seu mediam partem illarum possessionum concernent, vinculo similiter supraposito. Insuper dictos Iohannem Nemes et successores Petri similiter Nemes ratione talis vinculi irrationis et revocacionis commisimus fore convictos in centum florenis auri absque comitis et iudicum porcionibus eo facto vigore et testimonio presencium mediante. Datum in Zigeth feria tertia ante festum beati Michaelis Archangeli. Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto⁵).

¹) Ezen Györgytől vette elnevezését a váncsfalvi nemes Jura család.

²) Gosztolya=Ágoston.

³) Vida=Vid=Vitus.

4) Lópatak=Kabolapatak.

5) Jura Jánosnál lévő másolatról, más hiteles másolat található a Váncsfalvi Godzsa család productionalis perénél a vármegye levéltárában III. 1784/50.

304.

1475. Január 31. Néhai Bilkei János fia András elad Bereznai Thegze Sandrin és Pálnak két jobbágy telket és egy malom helyet Bereznán 50. budai márkáért melylyel egy nemes ember vérdijaként vevőknek tartozott, és 54. tiszta arany forintért, melyet utóbbiak kifizettek.

Omnibus Christi fidelibus presentibus et futuris noticiam presentium habituris, Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte Crucis de Lelez, salutem in omnium Salvatore, ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire quod Andreas filius condam Iohannis de Bilke coram nobis personaliter constitutus, onera et quelibet gravamina universorum fratrum, proximorum et consanguineorum suorum, quos scilicet infrascriptum tangere dinoscitur negocium, ad infrascripta inviolabiliter observanda in se assumptendo, est confessus in hunc modum, quod cum certa dictante et svadente racione ipse Andreas homagio unius hominis nobilis puta quinquaginta marcis Budensibus Sandrino et Paulo Thegze de Berezna debitorie foret obligatus, cum vero ipse quadam necessitate, qua pro redemptione capitis sui se expedire urgeretur, compulsus, quasdam duas sessiones jobagionales suas in porcione sua possessionaria in possessione Berezna vocata in comitatu Maramarosiensi existente, habita adiacentes, necnon locum unius molendini in facie eiusdem porcionis possessionarie habitum, simul cum cunctis earundem sessionum obventionibus, utilitatibus et pertinencys quibuslibet, terris videlicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, fenetis, silvis, nemoribus, rubetis, virgultis, alpibus, transalpibus, montibus, collibus, vallibus, aquis, fluvijis aquarumque decursibus, et generaliter quarumlibet utilitatum et pertinenciarum quovis nomine appellatarum ad easdem sessionis rite ab antiquo spectancium et pertinere debencium integritatibus, prefatis Sandrino et Paulo Thegze ac posteritatibus eorum universis pro prenomminatis quinquaginta marcis necnon pro quinquaginta quatuor florenis auri puri, uti

nobis dictum extitit, receptis ab eisdem et levatis, jure perpetuo Irrevocabiliter vendidisset, tradidisset et contulisset, tenendas et possidendas, imo ipse Andreas de Vylke prescriptas sessiones dictis Sandrino et Paulo Thegze ipso jure perpetuo vendidit, tradidit et contulit, nil juris nilque dominy proprietatem earumdem sibi ipso reservando, sed totum jus et omnem domini proprietatem earumdem sessionum in eosdem Sandrinum et Paulum Thegze, ac posteritates eorumdem universis pleno jure transferendo, coram nobis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas pendentis autentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum feria secunda proxima post festum conversionis beati Pauli apostoli. Anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto.

A leleszi Conventnek 1492. augusztus 9. kelt átiratából dr. Tegze Miklós ügyvédnél Berezsnán. Berezsnáról 1752. évben nemességet igazolt a Tegze (1534.) család.

305.

1475. Május 22. Buda. Országbirói rendelet az iránt, hogy Kálinfalvi György, Budfalvi Lukács, Bártfalvi Manoila György és Budfalvi Bud János részére Bártfalva, Fejérfalva, Somfalva, Kálinfalva, Szerbfalva, Budfalva, Vinczfalva és Mikolapatak határai bejárassanak; a határjárás meg nem történik, de Budfalvi Pinthének nevezett Lukács és János valamint Lázár Budfalva, Vinczfalva és Szerbfalva birtokába beiktattatnak.

Amicis suis reverendis conventui ecclesiae de Lelez comes Stephanus de Bathor iudex curiae serenissimi principis domini Mathiae Dei gratia regis Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. amicitiam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis Georgii de Kálinfalva¹⁾ Lucae de Budfalva, Georgii Manoila de Bártfalva, Ioannis Bud de Budfalva, quomodo quaedam possessiones ipsorum Bártfalva, Fejérfalva, Somosfalva, Kálinfalva praedicta, Szirpfalva, antelata Budfalva, Vinczfalva, et Mikolapatak vocatae omnino in comitatu Matámarosiensi existentes et habitae legitima reambulatione et novarum metarum erectione plurimum indigerent. Super quo vestram amicitiam

praesentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Danczul de Dragomerfalva, aut Ladislaus de Bosfalva, vel Gyulafejer de Gyulafalva, sin Danko filius Petri Nemes de Vanczfalva, seu Ioannes Mikle de Bartchanfalva aliis absentibus homo regius ad facies dictarum possessionum Fejerfalva, Somosfalva, Kalinfalva, Szirpfalva, Budfalva, Vinczfalva et Mikolapatak vocatarum, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, reambulet easdem per ipsarum veras metas et antiquas, novas juxta veteres in locis necessariis erigendo, reambulatasque et metaliter ab aliorum iuribus distinctas et separatas relinquat praefatis Georgio de Kalinfalva et aliis supradictis jure ipsis incumbente, perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatum Georgium de Kalinfalva et alios supranotatos regiam in praesentiam, ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros. Et post haec ipsarum possessionariarum reambulationis et metarum erectionis seriem cum cursibus metarum inibi erigendarum, et evocatorum, si qui fuerint, nominibus terminoque assignato dicto domino nostro regi fideliter rescribatis. Datum Budae feria secunda proxima post festum sanctae et individuae trinitatis. Anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto. Amicis suis reverendis conventui ecclesiae de Lelez pro Georgio de Kalinfalva, et aliis introscriptis reambulatoriae metarum. Relatio porro superinde talis foret: Regius Danko filius Petri Nemes de Vancsfalva, noster frater Thomas cantor, feria quarta proxima post festum beatorum apostolorum Lucam et Ioannem Pinthe dictos, Lazarum de Budfalva qui inscribantur in primordiali statuissent non reambulatione praecedente, in dominium Budfalva, Vinchfalva, Szirpfalva²⁾ ³⁾.

1) Lukavoi nemzetségéből ezen Kálinfalvi Györgytől ágazik el a Kálinfalvi nemes Jurka család a Sándor, Nemes, Serba és más családoktól.

2) A Kálinfalvi nemes Sándor család productionalis peréből a vármegye levéltárában III. 1781/50.

3) Kálinfalváról nemességet igazoltak 1752-ben a Nemes (1450.) Jurka (1569.) Serba (1470.) Mihályka (1651.) családok; 1763—1768. években a Bercs (1623.) Paska (1609.); 1763—1769. években a Pap (1612.) családok.


306.

1475. Deczember 5. Sziget. A vármegye tisztikara bizonyítja, hogy Gyulafalvi Ivanka elhalálózása után özvegye Rethnek Anka és fia Rethnek György zálogba adták Sugatagi Mikle Jánosnak az Ivanka nagybátyjának 400. Irtért Sugatag, Hernecz és Krácsfalva birtokok fele részét.

Nos Michael castri Huszth et Paulus Magnus castelli de Ronaszek castellani necnon vicecomites terre Maramaros, item Helias Danch de Vantsfalwa, Simon Gerhes de Zarvazo, Bogdan de Nyagowa, Demetrius Perse alio nomine Fichá de Gyulafalva quatuor iudices nobilium ejusdem comitatus memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod cum nos feria tertia proxima post dominicam primam adventus proxime transactam, ad oppidum Zigezh locum et diem sedis nostre judicarie una cum dominis nobilibus coassessoribus pro faciundo moderativo iudicio causarum convenissemus, tribunali que consedissemus, ex tunc nobiles Anka de Rethnek relicta condam Iuanka et Georgius similiter Rethnek filius ejusdem Iuanka de Gyulafalva coram nobis personaliter adstantes, onera et quelibet gravamina filiorum, fratrum carnalium, proximorum et consanguineorum ipsorum in se ipsos absumentes sponte et libere confessi sunt in hunc modum, quomodo ipsi maxima et inevitabili necessitate ipsorum compulsi mortuo patre Iuancha, integram medietatem totalium possessionum suarum Sugatagh, Hernech, et Charachfalva sex nempe et decem integras sessiones populosas cum triginta jobagionibus, que quidem possessiones jure hereditario nobilis condam Dragus filii Gyule de Gyulafalva avi paterni dicti Iuancha in ipsos devolute essent, in hoc comitatu Maramarosiensi existentes et habitas, simul cum omnibus suis utilitatibus et pertinencys quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, fenetis, sylvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis vinearumque promontoriis, aquis, fluvys, piscinis, piscaturis, molendinis et eorundem locis, generaliter vero quibuslibet utilitatibus nobili Iohanni Mikle de Sugatagh, fratri alias condivisionalí et patrueli memorati Iuancha in et pro florenis Hungaricalibus quadringentis, titulo pignoris dederunt et vendiderunt modo redemptibili, quam quidem pecuniam diversis vicibus juxta suas necessitates jam ex integro levassent et percepissent, prout coram nobis perhibetur,

tali tamen cum declaratione, ut rahabitis prius prescriptis quadringentis florenis Hungaricalibus, eo statim et de facto idem Iohannes Mikle prescriptas portiones, nulla praemissa earumdem estimatione memoratis relicte Iuanka et Georgio filio ejusdem remittere teneatur et obligatus sit. Harum nostrarum testimonio litterarum mediante. Datum in oppido Zigeth. Anno millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto.

Jura Lajos ügyvédnél lévő négy pecséttel ellátott eredetiből; másolat Szilágyi István igazgatótól. A négy pecsét következő felírással volt ellátva:



Ezen négy pecsét közül egy-egy a négy szolgabírónál állott, és együttesen, egy más mellé téve képezte a vármegye pecsétjét a XVI. és XVII. századokban. Megvan a Rednik István alispán productionalis perénél is a vármegye levéltárában ill. 1785/45. Rednek=Vrednik=Dignus, Perse=Primus, keresztnevek.

307.

1475. Sziget. A vármegye tisztviselői igazolják, hogy egy részről nemes Rednik Anka, Gyulafalvi Ivanka özvegye, ezeknek fia Rednik György, másrészről Mikle János, Sugatagi Vlad fia és Gyulafalvi Fitze Mihály a Rednik György nagybátyja a köztök fennforgott pert megszüntetvén, a törvényszék előtt akként egyeztek meg, hogy Sugatag, Hernécs, Desze, Krácsfalva és Nyires birtokok fele része, Gyulafalva és Doroszlófalva birtokok két harmadrésze Anka özvegyet, fiát Györgyöt és ennek testvéreit illesse, míg a másik fele illetőleg egyharmad rész a Mikle János és fiai Lupsa és Mihály osztályrészét képezze.

Nos Michael Castri Huzt, et Paulus Magnus Castelli de Ronazek castellanì necnon vicecomites terrae Maramarosiensis item Elias Danch de Vanchfalva, Simon Gyerhes de Zarvazou, Bogdan de Nyagova et Demetrius Perse de Gyulafalva quatuor iudices nobilium ejusdem co-

mitatus, damus pro memoria tenore praesentium. Quod nobiles domina Anka de Rethnek relicta condam Ivanka et Georgius similiter Rethnek de Gyulafalva ut actores ab una, onera et quaelibet gravamina filiorum suorum levantes, necnon Ioannes Mikle filius Ulad de Sugatag pro filiis suis Lupse et Michaele sponderunt partibus ab altera, coram nobis personaliter adstantes propria eorum voluntate confessi sunt in hunc modum. Quomodo licet inter ipsos Ioannem Mikle de Sugatag et Michaelem Fichá de Gyulafalva patruelem dicti Georgii, tempore praeterito ratione et praetextu quarundam possessionum suarum Sugatag, Hernech, Deze, Karachfalva et Nyires lis et controversia fuisset mota et exorta, et coram praeposito de Lelez pro compositione ventilata. Qui tamen ratione pertractandae causae in dictis possessionibus et alys suis juribus possessionariis ex mandato de curia regia pro parte ejus derelictae reportato praeceptum dispositumque fuit, ut secundum jura sua activa, et privilegia ipsorum antiqua causa eadem sopiretur, qui admonitioni nostrae judicariae obedientes et veritatem agnoscentes, ipsae partes in talem pacis et concordiae devenissent unionem: Quod licet in prima divisione possessio Sugatag tota Ioanni Mikle, modo autem medietas ejusdem cum tertia parte Dorozslofalva, altera medietas dictae possessionis Sugatag cum duabus partibus possessionum Gyulafalva et Dorozslofalva relictae Ivanka, Georgio Rethnek et fratribus suis (alys), possessiones Hernecz, Deze, Karacsfalva et Nyires aequaliter in duas partes sequestrentur, (una et proventus sylvarum, et montium juxta possessionem Karachfalva situatorum) quarum prima Georgio Rethnek et fratribus alys, secunda vero Ioanni Mikle cum filijs in perpetuo cedant divisione, interposito vinculo fl. 100. puri auri absque comitis et judicum portionibus. Quare nos in sede nostra judicaria omnia litteralia instrumenta et privilegia antiqua agnoscentes, et videntes causam ipsam satis longe ventilatam, similiter decrevimus, judicavimus, ut in vicem proprio nutu et concordia partes litem sopivissent. Super quibus prafatae partes fuissent contentae, petentes nos debita cum instantia ut easdem in dominium dictarum possessionum taliter sequestratarum scilicet Gyulafalva, Sugatag, Hernecz, Deze, Karachfalva, Dorozslofalva et Nyires cum cunctis suis utilitatibus, observato juris ordine introduci faceremus. Quibus assensum praebentes nobilem Georgium Rethnek filium condam Ivanka de Gyulafalva et alios supra nominatos, novo titulo introductionis et statutionis in dominium earundem possessionum Gyulafalva, Sugatag, Hernecz, Deze, Karachfalva, Dorozio et Nyres cum universis suis utilitatibus introdu-

ximus et statuimus, nullo penitus inibi contradictore apparente. Harum testimonio et litterarum mediante. Datum in Szigeth 1475.

A vármegye közönségének 1754. évben ápril 26-án kiadott átiratából melyet velem 1866. évben Jura György megyei főjegyző közölt. Krácsfalváról nemesseget igazolt 1763—1768. években a Tupitze (1670.) család.

308.

1476. Junius 8. Buda. Az ország nádora igazolja, hogy Remetei István pert viselvén Gyulafalvi Ficze Mihályval és másokkal, a kitűzött határidőben a nádori szék előtt megjelent, de miután az idézettek meg nem jelentek, ellenök marasztaló ítélet hozatott.

Nos Michael Orzag de Guth regni Hungariae palatinus et judex Cumanorum damus pro memoria, quod Martinus Akos de Chepefalva pro Stephano de Remethe cum procuratoriis literis capituli ecclesiae Varadiensis contra Michaellem Fycze, Demetrium ac Gyula filios ejusdem, Petrum Fekethe et Georgium Ficze de Gyulafalva, necnon Simonem Gerhes de Zarvazo ac Bartholomeum, Eliam et Thyvadar filios ejusdem de eadem Zarvazo ab octavis festi beati Georgii martiris triginta octo diebus continuis legitime stetit et termino coram nob . . . iuxta continentiam litterarum nostrarum prorogatoriarum super factis in literis conventus ecclesiae sanctae crucis de Lelesz inquisitoriis, evocatoriis et insinuatoriis contentis, peremptorie responsuri nostram in praesentiam non venerunt, neque miserunt, verum ipsos in judiciis consuetis commissimus fore convictos, si se rationabiliter non poterunt excusare. Datum Budae tricesimo nono die termini praenotati. Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto.

Aranyos-megyesi Baria Theodor productionalis peréből (a vármegye levéltárában III. 1782/32.)

1476. Julius 10. Buda. Corvin Mátyás király rendelete a leleszi conventhez, hogy vizsgáltságát meg ifj. Ilosvai László és Szirmai Foris panasza Petrovai Mihály és fia Demeter, Leordinai Mihály és leánya Katalina Dávid román pap neje ellen, kik panaszlóknak zálogba adták Dolha, Zadnya és Bronka fele részét, de őket azok hirtokában megtartani képesek nem voltak, sem a zálogos összeget vissza nem térítették.

Mathias Dei gracia rex Hungarie, Bohemie etc. Fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez salutem et gratiam. Exponitur nobis in personis fidelium nostrorum Ladislai junioris de Ilosva ac Foris de Zyrma, quod licet alias Michael de Pethrowa onere Demetry filij sui in se assumpto ac condam Michaelis de Leordina, directas et equales medietates integrarum possessionum Dolha, Zadnya et Bronka vocatarum in comitatu Maramorosiensis existencium et habitarum idem Michael de Pethrowa simul cum curia sua nobilitaria in dicta possessione Dolha adjacente, mediantibus litteris vestris fassionalibus, impignoratice exinde confectis prefatis exponentibus preterea sumpma florenorum auri pignori obligaverunt prefati Michael de Pethrowa ac Demetrius filius eiusdem, item Demetrius, Georgius, Ladislaus, Iohannes et Petrus filij condam Ambrosy de Dolha predicta ac Katherina filia condam dicti Michaelis de dicta Leordina consors vero Davidis presbyteri Valachi, in quos mortuo prefato condam Michael de sepefata Leordina, juxta regni nostri consvedutinem universe possessiones portionesque et jura possessionaria forent devolute et condescense, prefatos exponentes in dominio prefatarum directarum et equalium medietatum antelatarum integrarum possessionum Dolha, Zadnya et Bronka eosdem exponentes minime conservare potuissent, prescriptam etiam sumpmam florenorum auri erga se conservantes potencia mediante, in prejudicium prefatorum exponencium et dampnum valde magnum. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Stephanus de Bylke aut Lazarus de Urmezew, vel Demetrius seu Gyula de Gyulahaza, sin Georgius de Bulchu, sive Mathias neve Thomas, nam Georgius de Orozy, namque Oswaldus aut Valentinus

de Komlos, seu Gregorius de Began, vel Emericus de Pethfalwa, sin Stephanus seu Petrus de Zyrma alys absentibus homo noster scita prius premissorum mera verietate, ad prefatum Michaellem de Pethrowa ac alios prescriptos accedendo, ammoneat eosdem, dicatque et committat eisdem verbo nostro regio, ut ipsi aut in dominio prescriptarum directarum et equalium medietatum ante fatarum integrarum possessionum Dolha, Zadnya et Bronka prefatos exponentes pacifice conservare, aut de et super prescripta summa florenorum plenariam satisfaccionem impendere debeant et teneantur. Qui si fecerint bene quidem, alioquin evocet ipsos contra annotatos exponentes ad octavas festi beati Michaelis Archangeli nunc venturas, nostram personalem in presenciam, rationem de premissis reddituros. Litis pendencia si qua foret inter ipsos non obstante, insinuando ibidem eisdem, ut sive ipsi octavis in predictis in dicta nostra personali presenciam compareant sive non, eadem ad partis comparentis instanciam id faciet in premissis, quod juri videbitur Et post hec hujusmodi ammonicionis, evocacionis et insinuacionis seriem cum nominibus evocatorum ut fuerit eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude feria quarta proxima ante festum beate Margarethe virginis et martyris. Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto. Lecta. Nos itaque preinsertis et prescriptis mandatis vestre serenitatis obedientes ut tenemur, una cum prefato Lazaro de Urmezew homine vestre serenitatis unum ex nobis videlicet fratrem Andream presbiterum ad premissa exequenda nostro pro testimonio duximus destinandum. Qui demum exinde ad nos reversi, nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi in festo beati Egidy Abbatis proxime preteriti in dicto comitatu Maramarosiensi pariter procedendo, idem homo vestre serenitatis ipso nostro testimonio presente ab omnibus, quibus decens et opportunum fuisset diligenter requirentes, talem de premissis scivissent et comperissent certitudinem veritatis, quod premissa facta potenciaría sic et suo modo, prout videlicet tenor literarum vestre serenitatis contineret prescriptarum, facta et perpetrata extitissent, habitaque huiusmodi inquisitione idem homo vestre serenitatis ipso nostro testimonio eodem die prefatos Michaellem et Demetrium de Pethrowa in Georgium, Iohannem et Petrum de Dolha in Zadnya in porcione sua possessionaria in eisdem habita contra predictos exponentes ad predictas octavas festi beati Michaelis Archangeli nunc venturas vestram personalem evocasset in

presenciam, rationem super premissis reddituros, litis pendentia si qua foret inter ipsos non obstante, insinassetque ibidem eidem ut sive ipsi octavis in predictis coram dicta vestra personali presencia compareant sive non eadem, ad partis comparentis instanciam id faciet in premissis, quod juri videbitur expediri. Datum tricesimo secundo die diei inquisitionis et evocationis prenotatarum. Anno Domini supradicto.

Leleszi Convent (No. fasc. 13. Actorum Anni 1476.) Másolat Petrovay Györgytől.

310.

1476. November 22. A leleszi convent igazolja, hogy egyrészt Kemecei István és Gyulafalvi Pap Nan fia Gyula, másrészt Szarvasszói Gerhes Péter fia Simon oly egyezésre jöttek, hogy a közöttük fennforgó ügy általuk egyenlő számban választandó nyolcz tisztességes férfi által bíraltassék el, s ha valamelyik fél ezek ítéletét el nem fogadná, ötven budai márka fizetésében marasztaltassék.

Nos Blasius prepositus et conventus ecclesie sancte Crucis de Lelez, memorie commendamus, quod Stephanus de Kemeche et Gywla filius condam Pap Nan de Gywla ab una, parte vero ex altera Simon filius condam Petri Gerhes de Zarwazo, coram nobis personaliter constituti, sunt confessi in hunc modum, quod ipsi omne illud negotium vinculi et obligacionis, inter ipsum condam scilicet Petrum Gerhes et ipsum Gywlam stabilitum et habitum, quod scilicet inter ipsas partes jam fractum et irritum fore aparuit, discussioni et ordinationi octo proborum et nobilium virorum per ipsas partes equaliter eligendorum submississent, ymo submiserunt coram nobis, eo modo ut quitquid (sic) ydem octo probi et nobiles viri, per ipsas partes equaliter electi, die dominico proximo, ante festum beatorum Fabiani et Sebastiani martirum proxime venturum, in opido Vysk vocato disposuerint ordinaverintque, et arbitrati fuerint, idem ambe partes, pro rato, grato et firmo acceptare debeant et teneantur. Sub hoc obligamine per ipsas partes adiecto, quod si qua pars ipsarum partium die et loco in preactis cum suis electis probis astare, dictamque dispositio-

nem et ordinationem acceptare noluerit quoquo refutaverit, extunc talis pars eandem dispositionem refutans et non acceptans contra partem alteram, eandem dispositionem acceptantem, in quinquaginta marcis Budensibus vincatur et convicta habeatur eo facto. Ad quod se ipse partes spontanea obligarunt voluntate coram nobis, vigore et testimonio presencium mediante. Datum in festo beate Cecilie virginis et martiris. Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto.

Papirra irt, hátlapján pecséttel ellátott eredetiből.

311.

1476. (?) *Kelet nélkül. Igazolvány arról, hogy a néhai Gerhes Péter fia Simon és Gyulafalvi Pap Nan fia Gyula közötti békeség létre hozása czéljából feleknek a káptalan előtt meg kell jelenniök, és a meghatározott kötbért négy máramarosi és négy ugoesai tisztes férfitu kezéhez letétbe kell helyezniök.*

Memorie comendamus quod licet alias condam Petrus Gerhes nobill Gywle de (sic) filio Pap Nan de Gywlafalwa consilio ipsius Gywla, coram conventu ecclesie de Lelez l (sic) certas literas obligatorias et compositionales emanari fecisset, ideoque Gywla Symonem filium condam Petri Gerhes dicti racione previa, in curiam regiam evocasset per ordinariam compositionem disposuisset, quomodo die dominico proximo ante festum beati Galli confessoris venturum, in capitulo comparere debeant, ibique literas compositionales se se mutuo facere debeant, ut in antiquis literis compositionalibus vinculum prefixum firmiter obsequabitur, tandem huiusmodi vinculum in manibus proborum virorum octo videlicet de comitatu Maromorosensi Demetry Fycze, Ladislai de Weresmarth, Georgy de Kalinfalwa, Iohannis de Wrmezew, comitatu de Wgocha: Foris de Zyrma, Martini Akus de Chepe, Francisci Chakan de Beegany, Swpan de Peterfalwa, remittere debeant. Et quidquid ipsi in prefata causa decreverint prefate partes id firmiter obsequabuntur.

Papirra irt eredetiből, pecsét nélkül, de közepén elvágott A. B. C.-vel ellátva.

312.

1477. Február 13. A leleszi convent tanusítja, hogy Dolhai Ambrus fiának Györgynek neje, Atyai Györgynek leánya nemes Agatha asszony hozományára és örökösödési jogára nézve Rozsályi Kun László és testvérei által kielégített.

. Quod nobilis domina Agatha consors Georgy filij Ambrusy de Dolha filia egregy Georgy de Atya coram nobis personaliter constituta est confessa in hunc modum: Quomodo Ladislaus, Nicolaus, Christoforus, Iacobus et Ioannes Kun de Rozal de et super dote ac rebus parafernalibus ac quarta puellari ipsi domine Agathe de universis possessionibus porcionibusque et juribus possessionarys prefati condam Georgy de Athya juxta consuetudinem huius regni quoquomodo provenire debentibus, congruam atque omni modam impendissent satisfactionem, unde ipsa domina Agatha super talismodi satisfactione contenta eosdem Ladislaum, Nicolaum, Christoforum, Iacobum et Ioannem Kun de et super premissis dote ac rebus parafernalibus et quarta puellari quietos reddidit et commisit expeditos coram nobis vigore et testimonio presentium mediante. Datum feria quinta proxima ante festum beati Valentini martyris. Anno Domini M^oCCCC LXX^o septimo.

Leleszi convent (Protocolli Parvi folio 107.) Másolat Petrovay Györgytől.

313.

1479. Márczius 20. Buda. Corvin Mátyás király a Joannicius fejérvári metropolita közbenjárása folytán felmenti az összes máramarosi keleti valláson levő román papokat mindazon rendes és rendkívüli adózások terhe alól, melyek az ország más lakosaitól a király részére járnak.

Nos Mathias Dei gratia rex Hungariae, Bohemiae etc. memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis: Quod nos, tum ad humillimae supplicationis instantiam fidelis nostri reverendi Iovanychik Metropolitanus Nandor albensis¹⁾, nostrae propterea porrectae maiestati, tum vero ex gratia speciali, universos et singulos Valachos presbyteros fidem graecam tenentes, in comitatu Maromarsiensi existentes, praesentes et futuros de solutione quarumcunque taxarum tam ordinariorum quam extraordinariorum, per ipsos in medium regnicolarum nostrorum solvi, maiestatique nostrae ab eisdem provenire debentium, perpetuis futuris semper temporibus gratiose duximus eximendos et supportandos. Imo eximimus et supportamus praesentium per vigorem. Quo circa vobis fidelibus nostris universis et singulis dicatoribus et exactoribus quarumcunque taxarum nostrarum tam ordinariorum quam extraordinariorum, item comitibus camerarum salium nostrorum regalium in praedicto comitatu Maromarusiensi pro tempore constitutis, eorumque vices gerentibus, harum serie firmiter praecipientes mandamus, quatenus a modo deinceps praefatos Valachos presbyteros ut praefertur Graecam fidem tenentes, praefatoque Metropolitano subjectos, ad solutionem quarumcunque taxarum ordinariorum scilicet et extraordinariorum, in medium regnicolarum nostrorum solvi debentium, contra formam praemissae nostrae exemptionis arctare et compellere, ipsosque ratione non solutionis earundem, in personis rebusque et bonis ipsorum quibusvis impedire, turbare, seu quovis modo damnificare nusquam et nequaquam praesumatis, neque sitis ausi modo aliquali, gratiae nostrae sub obtentu. Praesentibus perceptis exhibenti restitutis. Datum Budae Sabbato proximo ante Dominicam Laetare, Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo nono. Regnorum nostrorum Hungariae etc. anno vigesimo secundo, Bohemiae vero undecimo. Relatio Urbani praepositi Thesaurarii Regii.²⁾

¹⁾ Nandor Albensis (Alba Graeca, Belgrad a Duna mellett) hibásan iratott Alba Iuliensis helyett, mert nyoma sincs annak, hogy Nándorfejérvárt a XV. században érsek vagy metropolita székelte volna, és mert a máramarosi clerus a szerb hierarchia alá soha nem tartozott; hanem alá volt rendelve az erdélyi érseknek, miként az 1494. évi oklevél is igazolja. A hiba onnan származik, hogy ugy Gyulafejérvár mint Nándorfejérvár románul egy nevet visel, mindkettő Belgradnak (Fejérvár) nevezettk. A Szt.-Háromságna szentelt monostor, mint a metropoliták székhelye, Gyulafejérvárt a várban állott, mindaddig míg a vár III. Károly király idejében ujja nem alakított. Gyulafejérvárt Erdély székhelyén Joanicus előtt is voltak a századok folyamán át metropoliták, de írásbelli oklevél csak erről maradt. Ő máramarosi származásu lehetett, miután az itteni Clerus sorsát szívén viselé, és saját egyházi joghatóságát fenntartotta.

²⁾ A gyulafejérvári római catholicus káptalan levéltára őrei által 1721. évben kiállított átiratból közlé A. T. Laurian (Magazln istoricu III. 166. l.) és A. Saguna püspök (Aduas la promemoria 1850.)

314.

1479. Márczius 21. Nagy-Bánya. Az ország birájának rendelete a leleszi conventhez az iránt, hogy vizsgáltságok meg nagy-bányai polgúr Forintverő János panasza, Deési Péter királyi sókamara gróf ellen, ki társaival panaszló Boeskői és Lonkai curiáira törvén, annak marháit, lovait, juhait, kacsáit, esirkéit elhajtotta, a mit talált mindent többek közt leveleit is elvette, s neki több mint ezer frt kárt okozott. A panasz alaposnak találtatott.

Amicis suis reverendis conventui ecclesie de Lelez comes Stephanus de Bathor iudex curie regie serenissimi principis domini Mathie Dei gracia regis Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc. amicitiam paratam cum honore. Dicitur nobis in persona circumspecti Ioannis Forinthwerew civis civitatis Rivuli dominarum: Quomodo in carnisprivio proxime preterito Petrus de Dees comes camerarum salium regalium Maramarosiensium ex instigatione et voluntate Michaelis Thathol de Kyrwa se cum Demetrio, Georgio et Iohanne filiis condam Ambrosii de Dolha, Nicolao Mykola de Wyso, Michaelae de Pethrowa et Paulo de Sayo aliisque quam pluribus familiaribus et complicitibus ipsorum, suis armatis et potenciariis manibus ad possessiones dicti exponentis Bochko et Lonka vocatas consequenterque

domum et curiam habitat(ionis) eiusdem exponentis proprias in eadem Bochko in comitatu Maramarosiensi existentes habitas irruendo, abinde certas litteras et literalia instrumenta ipsius exponentis factum predictarum possessionum Bochko et Lonka tangentes et concernentia domo in eadem in quodam scrinio repositas et locatas, alias etiam res et quelibet bona extunc in eadem domo repertas et inventa recipi et auferri insuper tempore in eodem idem Petrus de Dees cum prefatis Demetrio et Georgio de Dolha et aliis prescriptis ac familiaribus et complicitibus suis ad aliam domum et curiam dicti exponentis allodiale in praedicta Bochko habitas veniendo, universas pecudes et pecora necnon equos, oves, anates et pullos ac alias res et quelicet bona curia et domo allodiali in eisdem repertas et inventa abigi et depelli, Hys non contentus tempore similiter in eodem super populos et lobbagiones annotati exponentis possessionibus in predictis commorantes ducentos florenos auri extorquendo et exigi placuisset voluntati fecisset. In quibus omnibus premissis eidem exponenti demptis litteris et literalibus instrumentis plus quam mille florenos auri dampna intullisset potentia mediante in preiudicium et dampnum dicti exponentis valde magnum. Super quo vestram amicitiam presentibus petimus diligenter quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum quo presente Georgius Fycza de Gyulafalwa, aut Demetrius Perse de eadem, vel Petrus Sthezk de Barthfalwa, sin Georgius de eadem, seu Petrus Pap de Felsew-Wyso aliis absentibus homo regius scita prius premissarum mera veritate, prefatum Petrum de Dees et alios prescriptos iuxta statuta et dispositiones prelatorum, baronum regnique nobilium universorum Bude unanimo voto per eosdem edita et stabilita, ad tricesimum secundum diem a die evocationis ex hinc fiende computandum, contra annotatum exponentem regiam evocet in presenciam, rationem de premissis reddituros efficacem, litis pendencia si qua foret inter ipsos non obstante, insinuando ibidem eisdem, ut sive ipsi termino in predicto coram dicto domino nostro rege compareant sive non, nos ad partis comparentis instantiam id faciemus in premissis, quod juri videbitur expediri. Et post hec huiusmodi inquisitionis, evocationis et insinuationis seriem cum nominibus evocatorum ut fuerit expediens, terminum ad predictum dicto domino nostro regi fideliter rescribatis. Datum in Rywulo Dominarum in Dominica Letare, anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo nono. Nos itaque preinserte petitioni prefati domini comitis Stephani de Bathor iudicis curie vestre serenitatis annuen . . .

una cum prefato Petro Sthezk de Barthfalwa homine vestre serenitatis unum ex nobis videlicet fratrem Franciscum presbiterum ad premissa exequenda nostro pro testimonio duximus destinandum. Qui demum exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi die Dominico proximo ante festum beati Georgii martiris proxime preteritum in dicto comitatu Maramarosiensi pariter procedendo, idem homo vestre serenitatis, ipso nostro testimonio presente, ab omnibus quibus decens et opportunum fuisset diligenter inquirendo, talem de premissis scivissent et comperissent certitudinis veritatem. Quod premissa facta potenciarum sic et suo modo prout videlicet et quemadmodum tenor litterarum dicti domini comitis Stephani de Bathor contineret prescriptarum, dempto solum certo numero dampnorum illatorum prespecificatorum, facta et perpetrata extitissent. Habitaque huiusmodi inquisitione idem homo vestre serenitatis ipso nostro testimonio presente, feria tertia proxima tunc immediate sequente prefatos Petrum de Dees comitem in officialatu suo in oppido Zygeth vocato habito, necnon Michaelern Thathol de Tharazkewz ac Michaelern de Pethrowa in Rozawlya ac Demetrium, Georgium et Ioannem de Dolha et Paulum de Sayo in eadem Sayo, quemlibet videlicet eorum in portione sua possessionaria, possessionibus in eisdem habita, juxta statuta et dispositiones dominorum prelatorum, baronum regnique nobilium universorum, Bude unanimi voto per eosdem edita et stabilita, ad tricesimum secundum diem a die huiusmodi inquisitionis et evocationis contra praefatum exponentem, vestre serenitatis evocassent in presentiam, rationem de premissis reddituros efficacem, litis pendentia si qua foret inter ipsos, non obstante, insinuassentque ibidem eisdem, ut sive ipsi termino in prefixo coram vestra serenitate compareant sive non, idem dominus comes ad partis comparentis instantiam id faciet in premissis, quod juri videbitur expediri. Datum sexto die diei inquisitionis, evocationis et insinuacionis prenarratarum. Anno Domini supradicto.

Leleszi Convent (Actorum No. 35. Anni 1479.) Másolat Petrovay Györgytől.

315.

1479. Május 25. Buda. Corvin Mátyás király rendelete annak megvizsgálása iránt, mennyiben felel meg a valóságnak Kálinalvi György és fia Tivadar és Simon, Bártfalvi Szteczk Péter, Manoila György és Fejérfalvi Gyula panasza Forintverő János nagy-bányai polgár ellen? ki zálogba vette Bártfalva, Fejérfalva, Kálinalva, Somfalva és Mikolapataka némely részeit Fejérfalvi Jurga Lukács fiától Mihálytól, de ez azokat zálogba adni jogositva nem volt. Kálinalvi György és társai panaszt emelnek még Budfalvi Lupsa és Kreczel György, Szerbfalvi Hoff István, Kaszonyai Frata Péter és János és Vajnági Mirche ellen, kik Kamarzánfalvát elfoglalták, vizsgálat folytán a panasz alaposnak találtatott, felek a király elé idéztettek.

Mathias Dei gratia rex Hungariae, Bohemiae etc. fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelesz salutem et gratiam. Exponitur nobis in personis Georgii de Kalinfalwa ac Theodori et Simonis filiorum ejusdem, necnon Petri Szteczk et Georgii Manoila de Bartfalwa, Gyulae dicti de Fejerfalva, et Georgii de Kalinfalva, quomodo licet alias circumspectus Ioannes Forinthveru civis civitatis nostrae Rivuli Dominarum quadam dolositatis astucia praecogitata totales portiones possessionarias ipsorum Georgii et Theodori et Simonis exponentium in possessionibus Bartfalus, Fejerfalus, Kalinfalus, Somosfalus et Mikolapataka vocatis, omnino in comitatu Maramarosiensi existentibus habitas per Michaelem filium Lucae Jurga dicti de Fejerfalua pro quingentis florenis auri ultra videlicet aestimationem earundem sibi ipsi titulo pignoris fateri fecerit, et per hoc eisdem exponentibus diversas injurias, variaque nocumenta et damna dietim inferre non sineret potentia mediante, cum tamen praescriptae portiones possessionariae praefatum Michaelem filium Lucae in nullo concernent, sed ipsis exponentibus omnis juris titulo pertineant, et quod licet alias praefati Petrus Zthecz et Georgius Manoyla de Bartfalus, ac Gyula dictus de Fejerfalus atque Georgius de Kalinfalus exponentes quosdam Lupsa dictum ac Georgium Kreczel de eadem Budfalus et Stephanum Hoff de Zerfalva coram nobis facie ad faciem repertos, item Frata¹⁾ dictum Petrum et Ioannem de Kazanya, et Mircze de Vajnak tamquam absentes ratione et prae-

textu possessionis Kamarzanfalva in dicto comitatu Maramarosiensi existentis, ac eandem sibi ipsis appropriatione, et fructuum ejusdem perceptione coram nobis publice prohibuerint. Ob hoc ipsi eundem Lupsa dictum et alios praenominatos contra se ipsos nostram personalem in praesentiam evocari facere vellent lege regni nostri requirente, ideo fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Manayla de Bartfalus aut Dan de Vancsfalus, vel Georgius de eadem, sin Ioannes Radul de Somosfalus aliis absentibus homo noster scita prius praemissorum mera veritate evocet praefatum Ioannem Forinthveriu, et alios praenominatos contra ante dictos exponentes, ad octavas festi beati Iacobi Apostoli nunc venturi nostram personalem in praesentiam rationem de praemissis reddituros efficacem, litis pendentia si qua foret inter ipsos non obstante, insinuando ibidem eisdem ut sive ipsi octavis in praedictis coram eadem nostra personali praesentia compareant sive non, eadem ad partis comparentis instantiam, id faciet in praemissis quod juri videbitur expeditum, et post haec hujusmodi inquisitionis, evocationis et insinuationis seriem cum evocatorum nominibus octavas ad easdem dictae nostrae personali praesentiae fideliter rescribatis. Datum Budae feria sexta proxima post festum ascensionis Domini. Anno ejusdem millesimo quadringentesimo septuagesimo nono. Fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelesz pro Georgio de Kalinfalus, et aliis intrascriptis contra circumscriptum Ioannem Forinthvereu de Rivulo Dominarum, et alios intra nominatos ad octavas festi beati Iacobi Apostoli nunc venturi inquisitoria, evocatoria et insinuatoria. Relatio demum taliter sequitur. Nos itaque praeinsertis praecipis et mandatis vestrae serenitatis obedientes ut tenemur, una cum praefato Dan de Vancsfalus homine vestrae serenitatis unum ex nobis videlicet fratrem Michaelem praesbyterum ad praemissa exequenda nostro pro testimonio duximus destinandum qui demum exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi feria secunda proxima ante festum beatorum Petri et Pauli Apostolorum proxime praeteritum in dicto comitatu Maramarosiensi pariter procedendo, idem homo vestrae serenitatis ipso nostro testimonio praesente ab omnibus quibus decens et opportunum fuisset diligenter inquirendo, talem de praemissis scivisset et imperisset certitudinis veritatem, quod praemissa facta potentiaria, sic et suo modo prout videlicet tenor literarum vestrae serenitatis contineret praescriptarum, facta et perpetrata extitissent, habitaque hujusmodi inquisitione idem homo vestrae serenitatis

ipso nostro testimonio praesente ibidem et eodem die praefatos Lupsa de Budfalus et Stephanum Hoff de Zerfalva necnon Petrum ac Ioannem Frata de Kazonya ac Mercza de Vajnak quemlibet eorum in portione sua possessionaria in possessione *Kamarzanfalva vocata habita, tandem feria tertia tunc immediate sequenti dictum Ioannem Ferinthveru in domo suae residentiae in oppido Szigeth habita contra praefatos exponentes ad dictas octavas festi beati Iacobi Apostoli nunc venturi vestrae serenitatis personalem evocasset in praesentiam rationem de praemissis reddituros efficacem, litis pendentia si qua foret inter ipsos non obstante. Insinuassetque ibidem eisdem, ut sive ipsi octavis in eisdem coram vestrae personali praesentia compareant sive non, eadem ad partis comparentis instantiam id faceret in praemissis quod juri videbitur expediri. Datum decimo die diet inquisitionis, evocationis et insinuationis praenotatarum. Anno Domini supra dicto²⁾.

¹⁾ Frata Fratzile; ezen nevet viseli egy helység is Erdélyben, melyet 1241-ben a tatárok elpusztítottak. (Rogerius XL.) Komorzánfalva és Szerbfalva ma egy községet képeznek.

²⁾ Kálinfalvi Sándor család productionalis peréből a vármegye levéltárában III. 1781/50. Megvan ugyanott a Monaila család iratai közt is III. 1784,49.

316.

1479. Szeptember 8. Husztvár. Deesi Literati Péter máramarosi főispán és kamaragróf elismeri Dolhai György kiváltságait és adómentességét, melyek a leleszi convent által kiadott okiratokban foglaltak.

Nos Petrus Literatus de Dees comes et camerarius terre Mararusiensis memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis. Quod cum nos in processibus nostris et castri Huzth ad universas terras et alpes intra partes terre Mararusiensis, quibus ipsum castrum predictum jure et legitime tangere dinoscebatur, famulos nostros pro decimandis scrophis et agnellis misissemus, eo tunc e medio aliorum nobilium virorum in ipsa terra predicta existencium nobilis Georgius de Dolha nostram exurgens in presenciam, ostendit nobis suas literas privilegiales conventus ecclesie

sancte crucis de Lelez, quarum perlectis intelleximus prefatum Georgium in suis libertatibus conservare debere, quod et fecimus iusticia sua requirente. Pro eo universos comites requirimus, quatenus sepefatum Georgium Dolhay suis in libertatibus iuxta sua privilegia velint conservare juris et justicie ob respectum. Datum in castro Huzth in festo nativitatis virginis. Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo nono.

A gr. Telekyek gyömrői levéltárában lévő eredetiről (Elenchus XX. f. II. No. 67.) A huszti várhoz tartozó uradalomban tizedet szedtek a sertésekből és bárányokból; ez alól nem minden nemes volt mentesítve.

317.

1479. November 17. Buda. Corvin Mátyás király rendelete a leleszi conventhez ez iránt, hogy megvizsgáltassék Gyulafalvi Ficze Demeter, ennek neje Margit asszony és Bártfalvi Tamás fia János panasza Gyulafalvi Gyula Ficze Demeter ellen, ki apósa Gosztolya és mások ösztönzése folytán Gyulafalva, Hernécs, Desze, Krácsfalva és Bréb birtokrészeiket elfoglalta. A vizsgálat megtartatván a panasz alaposnak találtatott, kivéve az okozott károk mennyiségét.

Serenissimo principi domino Mathiae Dei gratia regi Hungariae, Bohemiae etc. domino ipsorum generoso Blasius praepositus et conventus ecclesiae sanctae crucis de Lelesz orationes in Domino devotas perpetua cum fidelitate. Vestra noverit serenitas nos literas vestrae serenitatis inquisitorias, admonitorias, evocatorias, insinuatorias nobis directas, summo cum honore recepisse in haec verba: Mathias Dei gratia rex Hungariae, Bohemiae etc. Fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelez salutem et gratiam. Exponitur nobis in personis Demetrii Ficze de Gyulafalva ac dominae Margaretae consortis ejusdem et Ioannis filii condam Thomae de Bártfalva, quomodo in anno currenti cum feria instaret Demetrius Gyula Ficze de dicta Gyulafalva frater ejusdem Demetrii exponentis, totales portiones possessionarias ejusdem Demetrii exponentis in possessionibus Gyulafalva praedicta, ac Hernecsfalva, Deszefalva, Kracsfalva et Hatpataka vocatis, omni-

no in comitatu Maramarosiensi existentibus habitas, ex consilio Goztolya soceri ejusdem Gyula, Georgii de Krajnik, Iohannis Doma, Georgii Manaila de Bartfalva, Iohannis Radol, alterius Iohannis filii Petri Steczk de Bartfalus, Lupsa de eadem pro se occupasset, et ab eodem tempore universos proventus dicti exponentis exinde provenire debentes sibi ipsi usurpasset, in quibus eidem Demetrio exponenti centum florenorum auri damna irrogasset, et quia anno in praesenti, post mortem videlicet condam dominae Margaretae consortis Michaelis Gostolya de Bartfalus, sororis videlicet praefatorum Ioannis et dominae Margaretae exponentium praefatus Georgius Manaila de Bartfalva et Gostollya de Fejerfalva ex consilio praedicti Gyula de Gyulafalva et aliorum supradictorum totales portiones possessionarias ejusdem condam Dominae Margaretae in possessionibus Bartfalva, Fejerfalva, Mikolapataka, Kalinfalva et Somosfalva vocatis in eodem comitatu Maramarosiensi existentibus habitas, in ipsos exponentes de jure devolutas, nulla prius de dote ac rebus paraphernalibus, ac jure quartalio ejusdem condam Dominae Margaretae de eisdem portionibus possessionariis provenire debentibus satisfactione inpensa pro se occupassent, et eisdem uterentur etiam de praesenti, potentia mediante, in praejudicium et dampnum dictorum exponentium valde magnum. Super quo fidelitati vestrae firmiter praecipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Sandrinus filius Ioannis de Bede aut alter Sandrinus filius Eliae de eadem vel . . . Sandrinus filius Nicolai, alter Sandrinus de Zlatina altis absentibus homo noster scita prius praemissorum mera veritate ad praefatum Gyula et alios supradictos accedendo, ammoneat eosdem dicatque et committat eisdem verbo nostro regio, ut ipsi antedictas portiones possessionarias per ipsos occupatas infra triginta duos dies a die ammonitionis computandos dictis exponentibus remittere et de damnis illatis satisfacere debeant et teneantur, qui si fecerint bene quidem, alioquin eosdem contra annotatos exponentes ad quintum decimum diem dicti tricesimi secundi diei nostram personaliter evocet in praesentiam rationem de praemissis reddituros efficacem. Litis pendentia, si quae foret inter ipsos, non obstante, insinuando ibidem eisdem, ut sive ipsi termino in praedicto coram eadem nostra personali praesentia compareant sive non, eadem ad partis comparentis instantiam id faciet in praemissis, quod juri videbitur expeditum, et post haec hujusmodi inquisitionis, ammonitionis, evocationis et insinuationis seriem cum ammonitorum et evocatorum nominibus, terminum ad praedictum eidem

nostrae personali praesentiae fideliter rescribatis. Datum Budae feria quarta proxima ante festum beatae Elisabethae. Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo nono. Nos itaque praemissis praecipis et mandatis vestrae serenitatis obedientes ut tenemur, una cum praefato Sandrino filio Ioannis de Bede homine vestrae serenitatis unum ex nobis, videlicet fratrem Philippum praesbiterum praefatae ecclesiae nostrae subpriorem ad praemissa exequenda nostro pro testimonio duximus destinandum, qui demum exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi feria sexta proxima post festum Epiphaniae Domini proxime praeteritum in dicto comitatu Maramarosiensi pariter procedendo, idem homo vestrae serenitatis ipso nostro testimonio praesente ab omnibus, quibus decens et opportunum fuisset diligenter inquirendo, talem de praemissis scivisset et comperisset certitudinis veritatem, quod praemissa facta potentiaria sic et suo modo, prout videlicet tenor literarum vestrae serenitatis continet praescriptarum, dempto solum (valore) damnorum illatorum praespecificatorum, facta et perpetrata exstitissent, habitaque huiusmodi inquisitione idem homo vestrae serenitatis ipso nostro testimonio praesente eodem die praefatos Gyulam Ficze de Gyulafalva in eadem, ac tandem Sabbatho immediate sequente Georgium Monaila de Bartfalva et Gosztolya de Fejerfalva in eadem Bartfalva quemlibet eorum in portione sua possessionaria possessionibus in ammonisset, dixissetque et commisisset eisdem verbo vestro regio, ut ipsi praescriptas portiones possessionarias per eos occupatas infra triginta duos dies a die huiusmodi ammonitionis computandos praefatis exponentibus remittere, et de damnis illatis satisfacere debeant et teneantur, quos quidem Gyulam ac Georgium Monaila, et Gosztolya huiusmodi ammonitione acquiescentes ibidem relatum exstitisset, prout per citatos dies praefixos acquiescere recusarunt, propter quod idem homo vestrae serenitatis ipso nostro testimonio praesente, eadem feria sexta eosdem Gyulam Ficze de Gyulafalva in eadem, necnon Lupsam de Bartfalva in eadem, Ioannem Radol de Bartfalus in Somosfalva, necnon in praescripto Sabbatho praefatos Georgium Monaila de Bartfalva et Gosztolyam de Fejerfalva in eadem Bartfalva possessionibus, quemlibet videlicet eorum in portione sua possessionaria in iisdem habita contra annotatos exponentes ad quintum decimum diem huiusmodi tricesimi secundi diei vestrae serenitatis personalem evocasset in praesentiam, rationem de praemissis reddituros efficacem, litis pendentia, si qua foret inter ipsos non obstante, insinuassetque ibidem eisdem, ut sive

ipsi termino in praedicto coram vestrae personali praesentia compareant sive non, eadem ad partis componentis instantiam id faciet in praemissis, quod juri videbitur expeditum. Datum sedecimo die diei inquisitionis et ammonitionis praenotatarum. Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo.

Bártfalvi Manayla János productionalis peréből a vármegye levéltárában III. 1784/49.

318.

1479. Deczember 20. Buda. Corvin Mátyás király rendelete a kolosmonostori conventhez az iránt, hogy vizsgálat tartassék Deési Péter máramarosi főispán ellen, ki Boeskö és Lonka birtokokat erőszakkal elfoglalván, házakat, malmokat, Boeskón egy parochialis templomot lerombolt, felgyújtott, jobbágyokat megölt, butorokat, a szentek képeit részint elégette, részint elvitette s több mint 2000 arany forintnyi kárt okozott. A vizsgálat szerint mindezek valóknak találtattak, a kár összegének kivételével.

Serenissimo principi domino Mathie Dei gracia Hungarie, Bohemie etc. regi Conventus Monasterij beate Marie Virginis de Colosmonostra oracionum suffragia devotarum. Vestra inquisitoriales nobis directas sumpma cum obedientia recepisse in hec verba. Mathias Dei gracia (Hungarie, Bohemie rex etc. fidelibus nostris con)ventui ecclesie de Colosmonostra salutem et gratiam. Dicitur nobis in persona fidelis ac nobilis domine Katherine consortis, necnon Thome filij eiusdem Iohannis, festum beatj p tum nobills Petrus de Dees comes Maromarwsiensis, transmissis et destinatis castelano in et Iohanne Zekel de dicta Dees, Valentino Nagh, Castellano in Ronazeek, Iohanne Litterato et procuratore in ibusque suis familiaribus armatis et potenciarijs manibus ad possessiones prefatorum exponencium Bachko et (Lo)nka vocatas in (comitatu) Maromarwsiensi existentes, consequenterque domum propriam eorundem exponencium, in eadem Bachko habitam, ibique destructis hostijs d dibusque et mensis universis dissecatis

universas res et quevis bona eorundem exponencium, inibi repertas et inventa depr(edari et) asportari ipsamque domum simul cum pre-tactis possessionibus pro se occupari fecisset. Alias eciam duas domos molendinarias in d(icta Bac)hko habitas, in partes dissecarj et destrui omnibusque rebus et bonis et frumentis eorundem inibi compertis privari fecisset et expoliarj, et insuper quosdam jobagiones eorundem exponencium nece miserabili ibidem interimi, alios vero plurimos lethali-bus vulneribus affici fecisset et protractarj, tandem quoque ecclesiam parochialem in eadem Bachko habitam destrui fecisset, universas res eiusdem e(cclesie) universas candelas magnas in partes dissecarj et asportarj, imagines eciam sanctorum in ipsa (ecc)lesia existentes mo . . . rum in partes dissecari fecisset, et conservaret easdam posses-siones et domos occupatas eciam de presenti . . . quibus premissis (dictis ex)ponentibus plusquam duo milia florenorum aurj dampna irrogari fecisset, potencia mediante, in preiudic(ium) eorundem expo-nencium m(ani)festum. Super quo fidelitati vestre, firmiter precipientes mandamus quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedig-num, quo presente Petrus Ztheecz de Bothfalws, Petrus Pap de Rona, Barla de Zlathijna, an Lucas de Feleghaz, Demetrius Porse de Gyw-lafalws, Georgius Fijcza de eadem Gywlafalws, alijs absentibus homo noster, ab omnibus quibus incumbit m(eram) experiatur de premissis certitudinis veritatem, quam tandem nostre personali presencie rescri-batis, Datum Bude in profesto beati Thome Apostoli. Anno domini millesimo Quadringentesimo septuagesimo nono. Unde nos mandatis eiusdem vestre serenitatis in omnibus fideliter obedire cupientes, ut tenemur, una cum prefato Luca de Feleghaz homine vestro, nostrum hominem videlicet religiosum nostrum fratrem Georgium custodem unum ex nobis ad premissam inquisitionem faciendam nostro pro testi-monio fidedignum duximus destinandum. Qui tandem exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt isto modo, quod ipsi in festo con-versionis beatj Pauli Apostoli proxime preterito in dicto comitatu Ma-romarosien-si simul procedentes ab omnibus quibus decens et oppor-tunum fuisset diligenter de premissis inquirentes talem scivissent certi-tudinis veritatem, prout eidem vestre personali presencie dictum extitisset, dempto certo numero pecuniarum, et sicut tenore litterarumstrarum per omnia continetur predictarum. Datum octavo die diej inquisitionis prenotate. Anno domini supradicto.

Közölte gr. Teleky J. (Hunyadiak kora XII. k. 110. és 113. l.)

319.

1480. Junius 10. Országbirói rendelet az iránt, hogy Bélteki Drágfi Bertalan Bedő, Bélavár, Kirva, Taraczköz, Felső-Apsa, Alsó-Apsa, Bocskó, Karácsonfalva, Batizfalva, Sajó, Oroszfalva, Vajnaháza, Alsó-Róna és két Visó birtokába beiktattassék. A leleszi convent tanúsítja, hogy mind-ezen birtokok beiktatása ellen az érdekeltek külön-külön tiltakoztak.

Amicis suis reverendis conventui ecclesiae de Lelez comes Stephanus de Bator iudex curiae serenissimi principis domini Mathiae Dei gratia regis Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. amicitiam paratam cum honore. Dicitur nobis in persona magnifici Bartholomei Dragfi de Belteok, quomodo ipse in dominium totalium possessionum, Bedeuhaza, Belavar¹⁾, Kreva, Tharaz, Felseo-Apsa, Also-Apsa, Baczko, Karacsonfalua, Fejeregyhaz, Barczanfalua, Batizfalua, Sajó, Orozfulu, Vajnahaza, Also-Rona et utriusque Viso vocatarum omnino in comitatu Maramorosiensis existentium, ipsum exponentem jure haereditario concernentium legitime vellet introire²⁾. Super quo vestram amicitiam praesentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo praesente Ioannes Radul de Somos, aut Georgius de Kalinfalua, sive Michael de Bilkei, sin Georgius seu Iohannes de eadem, nam Simon de Budafalua, namque Stephanus de eadem, quippe Lazarus de Lipche, nempe Michael Stetzko de Bilke, vel Lazarus de Urmezeu, neve Stephanus de Rakolcz aliis absentibus homo regius ad facies dictarum possessionum Bedevhaza, Belavar et aliarum praedictarum, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat praefatum exponentem in dominium earundem statuatque easdem eidem, simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet ad easdem spectantibus, praemisso jure eidem incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet eosdem contra annotatum exponentem regiam in praesentiam ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros. Et post hoc huiusmodi introductionis et stationis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum qui praemisse stationi intererunt, nominibus termino-

que assignato, ut fuerit expediens, dicto domino nostro regi fideliter describatis. Datum Budae sabbato proximo ante festum Barnabae apostoli. Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo. Amicis suis reverendis conventui ecclesiae de Lelez, pro magnifico Bartolomeo Dragfy de Belteuk. Introductoriae et statutoriae. Nos itaque praeinsertae petitioni praefati domini comitis Stephani de Bator iudicis curiae vestrae serenitatis annuentes ut tenemur, una cum praefato Simone de Budafalua, homine vestrae serenitatis unum ex nobis, videlicet fratrem Martinum presbyterum ad praemissa exequenda nostro pro testimonio duximus destinandum, qui demum exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi in festo beati Iacobi apostoli proxime praeterito ad facies dictarum possessionum Bedeohaza, Belavar, Krevá, Tharaz et Felseuapsa, tandem autem feria quarta tunc inmediate sequente ad facies possessionum Alsoapsa, Bozko, Karacsonfalua, Fejeregyhaz et Barzánfalua postremo feria quinta similiter hunc inmediate sequenti, ad facies possessionum Batizfalva, Sajo, Orozvalu, Vaynahaza, Alsorona et utraque Visso, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, dum idem homo vestrae serenitatis ipso nostro testimonio praesente praefatum exponentem, in dominium earundem introducere, ac easdem eidem simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet ad easdem spectantibus praemisso jure eidem incumbenti perpetuo possidendas statuere voluisset, tunc Ladislaus de Barzánfalua, necnon Vanch Barzan de eadem, ejusdem possessionis Barzánfalua, item Iuga de Sajo ejusdem possessionis Sajo, item Dragus in possessione Batizfalva residentes nominibus et in personis Georgii et Demetrii de Dolha ac Stephanus de Viso in sua ac Simonis de eadem personis possessionis Felsew-vissou, item Andreas de Visso in sua ac Mikola necnon Blasii de Also-Apsa personis, possessionis Also-Visso, item Thivadar in Orozvalu residens, nomine et in persona Stephani de Dolha ejusdem possessiones Orozvalu, item Petrus Pap de Also-Rona ejusdem possessionis Also-Rona, item Ieronimus officialis in Bacsko constitutus, nomine et in persona Ioannis Forintvereó ejusdem possessionis Bacsko, item Simon Pascko de Fejeregyhaz ac Michael Naan de Zlathyna ejusdem possessionis Fejeregyhaz, item Lazarus de Urmezeu ac Bartholomeus de Veresmarth possessionis Felseo-Apsa, item Ioannes de Apsa, possessionis Also-Apsa, item Ioannes Bedeu de Bedeuhaza ejusdem possessionis Bedeuhaza, item Georgius Kathuna nomine et in persona Michaelis Tathul de Kirva, possessionum Belavar, Criva et Tharaz,

item Iohannes de Vaynahaza ejusdem possessionis Vajnahaza, item praedictus Bartholomeus de Veresmart, possessionis Karacsonfalua, item Michael de Petrova et Ioannes de Bedeu possessionis Batizfalva, huiusmodi introductionibus et statutionibus contradictionis velamine obviassent. Propter quod idem homo vestrae serenitatis ipso nostro testimonio praesente ibidem et eisdem locis contradictionum in praescriptis diebus praefatos nobiles contra annotatum exponentem ad octavas festi beati Michaelis Archangeli nunc venturi vestrae serenitatis evocasset in praesentiam, rationem contradictionis eorum reddituros. Datum sedecimo die diei ultimae evocationis praenoatae. Anno Domini supradicto.³⁾⁴⁾

1) Bélavár oroszul Bilovarecz, a mi Fejérvárat jelent, magyarul most Kis-Kirva nevet visel, várnak nyomai nem láthatók, de mint mondják e tájon erődítmények voltak: és pedig egyik egy hegyen közel a helységhez, másik a Taracsviz balpartján.

2) Drágffy Bertalan ez évben udvari főember (magister pincernarum) volt, és mások jószágait akarta kezére keríteni, valószínűleg az 1364. és 1373. évi oklevelek alapján.

3) Leleszi Convent (Protocollum Statutoriarum D. 213.)

4) Alsó-Rónáról 1752-ben nemességet igazolt a Tivadar (1482.) család.

320.

1480. Augusztus 5. A leleszi Convent előtt Bartfalvi Manoile György, Fejérfalvi Gyula és Somfalvi Radul János kijelentik, hogy mennyiben Farkasrévi Leuke János, Budfalvi Bud Péter és Dénes valamint Szerbfalvi Tamás György hatalmaskodás miatt marasztalva és eltítva lettek attól, hogy Komorzán birtokot és Kékemező pusztát visszatartsák, miután ezeket átszolgáltatták, a pert leteszik, s marasztaltakat a történetek miatt mentesítik.

. Quod Georgius Manayle de Bartfalva ac Gyula de Fejérfalva, et Ioannes Radol de Somosfalva, coram nobis personaliter constituti onera et quaelibet gravamina universorum fratrum ipsorum, quos scilicet infrascriptum tangeret negotium ad infrascripta inviolabiliter observanda in se assumendo, sunt confessi in hunc modum. Quod-

licet ipsi Ioannem Leoke de Farkasreve, ac Petrum et Dionisium Bud de Budfalva et Georgium Tamas dictum de Zerfalva ratione nonnullorum negotiorum et actuum potentiariorum, ac aliarum injuriarum convicuerint in causam, necnon licet eosdem a detentione et conservatione possessionis Kamarzanfalva ac praedy Kekemezu in comitatu Maramarosiensi existentis coram nobis facie ad faciem repertos prohibuerint, tamen quia iidem Ioannes, Leoke, Petrus et Dionisius Bud, ac Georgius Tamas illas totales portiones possessionarias in eisdem possessione et praedio habitas, a quibus eos prohibuisse cernerentur, mediantibus aliis literis nostris remisissent ipsis Georgio Manayla et Gyulae ac Ioanni Radol, necnon Georgio de Kalinfalva, ideo ipsi causam praenotatam simul et personalem prohibitionem contra eosdem Ioannem Leoke, et alios praedictos retractassent et condescendissent, eosdem etiam Iohannem Leoke, Petrum et Dionisium Bud et Georgium Tamas, de et super eisdem personali prohibitionem ac negotiis ac actibus potentiarilis, cunctis etiam aliis malis qualitercunque per eosdem contra ipsos Georgium Manayla et Gyulam, ac Ioannem Radol usque haec tempora factis et commissis quietos reddidissent et commississent expeditos. Imo quietos reddiderunt et expeditos commiserunt coram nobis, vigore et testimonio praesentium mediante. Datum in festo beatae Mariae virginis de Nive. Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo.

Kálinfalvi Jurka János, Ursu és Pál productionalis peréből a vármegye levéltárában III. 1782/30.

321.

1480. Augusztus 29. Corvin Mátyás király rendelete az iránt, hogy Bélteki Drágfy Bertalan, ennek atyja Miklós és testvére Péter a Gyulafalva, Krácsfalva, Hernécs, Dorozzlófalva, Desze, Felső- és Alsó-Nyres birtokokban lappangó királyi jogokba, melyeket Ficze Mihály és György, Gyula és Perse románok titkon elfoglalva tartanak, beiktattassanak. A leleszi convent tanúsítja, hogy nevezett birtokosok a beiktatás ellen tiltakoztak.

Mathias Dei gratia rex Hungariae, Bohemiae etc. fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelez salutem et gratiam. Cum nos attentis et consideratis fidelitatibus et fidelium servitiorum gratuitis meritis fidelis nostri egregii Bartholomaei Dragfy de Beltheuk aulae nostrae familiaris, per eum primum sacrae dicti regni nostri Hungariae coronae, tandemque Majestati nostrae cum summae fidelitatis constantia exhibitis et impensis, totum et omne jus nostrum regium, si quod in possessionibus Gyulafalva, Karacsonfalva¹⁾, Hernecsfalva, Dorozzlófalva, Dezfalva, Also-Nyres et Felse-Nyres²⁾ vocatis omnino in comitatu Maramorosensi habitis, quae nunc apud manus Michaelis et Georgii Ficze necnon Gyula et Perse valachorum jurium nostrorum regalium celatorum occupative haberi dicuntur³⁾, qualitercunque haberemus, et nostram ex quibuscunque causis, viis, modis et rationibus concerneret majestatem, simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet memoratis Bartholomaeo Dragfy de Beltheuk et per eum Nicolao genitori et Petro fratri suis carnalibus ipsorumque haeredibus et posteritatibus universis, vigore aliarum literarum nostrarum donationalium superinde confectarum, in perpetuum contulerimus, velimusque eosdem in dominium dictarum possessionum nomine dicti juris nostri regii in eisdem habiti per nostrum et vestrum hominem legitime facere introduci. Fidelitati igitur vestrae harum serie firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo praesente Georgius Zovardfy de Maghfalva, vel Nicolaus de Fanchika, aut alter Nicolaus Zowardfy de Ardo vel Paulus de Palad, aut Foris de Zirna, vel Stephanus de Mogyfalva, aut Paulus de Gerkeny, vel Matheus Zolthany de Chepe, aut Mathaeus de Zirna vel Michael Both de Bothfalva aliis absentibus homo noster ad facies dictarum possessionum vicinis et commetaneis earumdem universis

inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat praefatos Bartholomaeum Dragfy de Beltheok ac Nicolaum genitorem et Petrum fratrem ejusdem in dominium dicti juris nostri regii in eisdem habiti, statuatque easdem eisdem nomine praefati juris nostri regii in eisdem habiti praemissae nostrae donationis titulo ipsis incumbenti, perpetuo possidendas si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, eosdem contra annotatos Bartholomaeum ac Nicolaum et Petrum Dragfy ad terminum competentem nostram personalem evocet in praesentiam, rationem contradictionis eorumdem reddituros, et post haec hujusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint vicinorumque et commetaneorum, qui praemissae statutioni intererunt nominibus terminoque assignato ut fuerit expediens nostrae dictae personali praesentiae fideliter rescribatis. Datum Budae in festo Beatae Margarethae virginis. Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo, regnorum nostrorum Hungariae etc. vigesimo tertio, Bohemiae vero duodecimo. Lecta. Nos itaque praeinsertis praeceptis et mandatis vestrae serenitatis obedientes, ut teneamur, una cum praefato Michaelae Both de Bothfalva, homine vestrae serenitatis, unum ex nobis, videlicet fratrem Dominicum presbyterum ad praemissa exequenda nostro pro testimonio duximus destinandum, qui demum exinde ad nos reversi, nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi in vigilia assumptionis beatae Mariae virginis proxime praeteriti ad facies praescriptarum possessionum D Gyulafalva, Karacsonfalva et aliarum praescriptarum accedentes, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, dum idem homo vestrae serenitatis ipso nostro testimonio praesente praefatos Bartholomaeum ac Nicolaum et Petrum Dragfy in dominium dicti juris regii vestrae serenitatis introducere ac easdem eisdem nomine praefati juris regii vestrae serenitatis in eisdem habiti praemissae vestrae donationis titulo ipsis incumbenti perpetuo statuere voluissent, tunc dictus Gyula Ficze de Fejerfalva praescriptarum possessionum Gyulafalva, Dorozlofalva, Dezefalva ac medietatum possessionum Hernechfalva et Karacsonfalva, item ipse idem Gyula Ficze in sua ac praefati Demetrii Perse de Gyulafalva, necnon Moisi de Nires praescriptae possessionis Felső-Nires, idem ipse idem Gyula in persona praefati Georgii Ficze medietatis praescriptae possessionis Also-Nires introductionibus hujusmodi et statutionibus contradictionis velamine obviassent, propter quod iidem homo vestrae serenitatis ipso nostro testimonio praesente ibidem scilicet in loco hujusmodi contradictionis

eadem die eosdem Gyulam, Georgium Ficze ac Demetrium pro se et Moyse de Nires contra annotatos Bartholomaeum Dragly ac Nicolaum genitorem, et Petrum fratrem ejusdem ad octavas festi beati Michaelis Archangeli nunc proxime venturi vestrae serenitatis personalem evocas-et in praesentiam, rationem contradictionis eorum reddituros. Datum sedecimo die diei evocationis praenotatae. Anno Domini supradicto⁴⁾.

¹⁾ Krádcsonfalva tévesen iratott Krácsfalva helyett.

²⁾ Doroszlófalva és Nyires helységek régóta nem léteznek.

³⁾ A megnevezett románok joga, mikép az itt közölt oklevelek tanusítják, kétségbe vonhatlan volt, de a XV. század végén s a XVI-ik elején oly irányzat kapott lábra, melynek czélja volt, hogy a kis nemesség elnyomassék és a főnemesség hatalma alá vettessék; ez vezetett aztán arra, hogy Máramaros vármegyének ma'dnem egész nemessége a Dózsa-féle pörlázadáshoz csatlakozott (lásd az 1514. évi 34. törvényczikket.)

⁴⁾ Leleszi Convent (Protocollum statutoriarum D. No. 218.)

322.

1481. Julius 13. A vármegye igazolványa arról, hogy Dolhai György beiktattatott a néhai Vánicsfalvi György fiának Istvánnak vánicsfalvi részbirtokába.

Nos Iohannes et Martinus, Petrus Yfyw ac Stephanus Zabo vicecomites comitatus Maramarusiensis necnon Dywla Fycha de Dywla-falwa, Iohannes Bank de Zarwazo, Bogdan de Nyaghyway et Michael de Dragumyr quatuor iudium prefati comitatus Maramarusiensis, damus pro memoria, quod Georgius de Dolha coram nobis personaliter constitutus est confessus in hunc modum, quod portio possessionaria Stephani condam Georgy de Wancfalwa in eadem possessione habita, cum omnibus utilitatibus et proventibus ipsum iudice concerneret. Quum nos propositiones ipsius Georgy cognovimus fore iustas et legi consonas, eundem Georgium de prefata Dolha tamquam hereditarium in dominium porcionis prefate possessionarie in eadem possessione Wancfalwa habite, cum omnibus utilitatibus et proventibus ad ipsam concernentem statuimus possidendam. Datum in festo beati Margarethe virginis anno 1481.

Papirra irt két pecséttel ellátott eredetiből a gr. Telekyek gyömrői levéltárából (Elenchus XX. F. II. No. 62.)

323.

1483. Február 20. Buda. Corvin Mátyás király ítélő levele Budfalvi Bud Simon és János, Pinte és Opressavana pereben Kálinfalvi György ennek neje Maruska asszony és fia Tivadar valamint sok mások ellen, kik panaszló feleknek Komorzánfalva nevű jószágát és budfalvi egy jobbágy telkét jogtalanul és erőszakkal elfoglalták, a mi miatt a férfiak fő és jószágvesztésre, a nők pedig 50 márkát tevő homagium fizetésre és birtokjogaik elvesztésére ítéltettek; egy márka négy arany forinttal számított.

Mathias Dei gratia rex Hungariae, Bohemiae etc. fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelesz salutem et gratiam. Noveritis quod Iohannes de Selend pro nobilibus Simone, Bwd et Pynthe de Bwdfalwa¹), ac Iohanne Opressawana dictis de eadem Bwdfalva cum procuratoris litteris vestris juridicis continent una cum inquisitoriis, amonitoriis, evocatoriis et insinuatoriis vigesimo quinto die festi epiphaniarum Domini, ad quem scilicet diem universae causae breves regnicolarum nostrorum generaliter fuerant prorogatae, in figura iudicii personalis praesentiae nostrae comparendo contra Georgium de Calynfalwa ac dominam Marusca consortem et Thywadar filium eiusdem Georgii dictum de eadem Calynfalwa ac Marusca consortem dicti Vana, Radolwana de Somosfalwa, dominas Marina matrem et Annam consortem, necnon Iohannem Koztha, Lwpsa et Mikola filios eiusdem Radlwana, Gywla Ficze de Feyerfalwa et dominam Malyinka consortem eiusdem Gywle, Georgyum Monayla de Bardfalwa Sandrinum et Petrum Zthecz de eadem, ac dominam Annam ipsius Sandrini, et alteram Annam dicti Petri consortes, Michaellem Wyncza de Kamarzanfalwa, et dominam Marusca consortem eiusdem, Petrum de Bwdfalwa ac Dyonisium Germanum et Iohannem filium eiusdem Petri, Myrche de Waynagh, Lwpsa de Bwdfalwa, ac dominas Anka consortem necnon Michaellem Fycze ac dominas Magdalenam consortem eiusdem et Zora matrem eiusdem dominae Magdalenae, quasdam literas vestras inquisitorias, amonitorias, evocatorias et insinuatorias eidem nostre personali praesentiae ad nostram personalem praesentiam ad nostra regia literatoria mandata rescriptas, tenorque earumdem literarum nostrarum regaliu hic Budae in festo

Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo primo transacto, praeteritum confectarum, nobis directarum, verbaliter in se habentium asserendo actionem et propositionem dictorum actorum literis contineri in eisdem, eidem nostre personali praesentiae praesentavit declarando, quod in personis praefatorum actorum nobis dictum extitisset, quomodo circa festum epiphaniarum Domini Georgius de Calynfalwa et domina Marusca consors et Thywadar filius eiusdem Georgii, Vana Nemes dictus, ac Marusca consors dicti Wana ac Radwlwana de Somosfalwa, dominaeque Marina mater, et Anna consors nec non Ioannes Koztha, Lwpsa et Mykola filii eiusdem Radwlwana, Gywla Fycze de Feyerfalwa et domina Malynka consors de Budfalwa et domina Anko consors eiusdem, Sandrinus et Petrus Zthethk de eadem Bardfalwa, ac domina Anna ipsius Sandrini, et altera Anna dicti Petri consortes, Iuryka de Wantsfalwa, Michael Vyncza de Kamarzanzfalwa, et domina Maruska consors eiusdem, Petrus de Bwdfalwa, Dyonisius Germanus et Iohannes filius eiusdem Petri, Myrche de Waynagh, Lupsa de Budfalwa et domina Anko consors eiusdem, possessionem praedictorum Symonis, Ioannis Bud et Fynthe de Budfalwa actorum Kamarzanzfalwa praedictam in comitatu Maramarusiensi existentem, ipsos actores jure perpetuo concernentem, minus iuste pro se ipsis occupassent, occupatamque tenerent etiam de praesenti potentia mediante²), praeterea circa festum beati nunc secunda institisset revolutio, praeteritum, Michael Fycze ac dominae Magdalena consors eiusdem et Zora mater ipsius dominae Magdalенаe, unam sessionem lobbagionalem praefati Iohannis Opressa actoris in possessione Budfalwa, in eodem comitatu Maramarusiensi existente habitam, in qua tunc Iohannes praevie resedisset, indebite pro se ipsis occupassent Ioannem Opressa quadraginta florenorum auri dampna inferentes potentia mediante, in praeiudicium et dampnum dictorum actorum valde magnum, super quo fidelitati vestrae firmiter precipiendo mandassemus, quatenus vestrum mitteretis hominem, pro testimonio fidedignum, quo praesente homo noster infra declarandus ad praefatum Georgium de Kalyfalwa et alios praenominatos accedendo, ammoneret eosdem, diceretque possessionem Karmazanzfalwa ac unam sessionem lobbagionalem in possessione Budfalwa praefatorum actorum, per ipsos modo praemisso ut dicitur indebite occupatas iuxta dispositionem praelatorum, baronum et regni nostri nobilium super huiusmodi novis occupationibus factam et per nos roboratam, infra triginta dierum spatia a die huiusmodi ammonicionis computanda dictas

eisdem satisfacere deberent et tenerentur. Qui si facerent bene quidem, alioquin eundem Georgium de Kalynfalwa et alios supradictos, ad quintum decimum diem, dicti tricesimi secundi diei nostram personalem evocaret in praesentiam, rationem de praemissis reddituros efficacem, litis pendentia si qua foret inter ipsos non obstante, insinuando ibidem eisdem, ut sive ipsi termino in eodem coram ipsa nostra personali non, eadem ad partis comparentis instantiam id faceret in praemissis, quod Iuri videretur expediri, et post haec huiusmodi inquisitionis, amonitionis, evocationis et insinuationis seriem cum amonitorum et evocatorum nominibus terminum ad praedictum eidem nostrae personali praesentiae fideliter rescriberetis. Vos itaque praemissis praeceptis et mandatis nostrae serenitatis obedientes ut tenemini homine nostrae serenitatis unum ex vobis videlicet fratrem Benedictum presbiterum ad praemissa exequenda vestro pro testimonio duxissetis destinandum, qui tandem exinde ad vos reversi vobis uniformiter retulerunt, quod idem homo nostrae serenitatis ipso vestro testimonio praesente feria quarta proxima post festum Annunciationis beatae Mariae virginis tunc proxime praeteritum in Maramarusiensi comitatu quibus deceret et opportunum fuisset, diligenter inquiringes, talem de praemissis scivissent et comperissent certitudinem veritatis, quod praemissa facta potentiaria sic et suo modo prout videlicet et quemadmodum tenor literarum nostrarum regalium contineret praescriptarum dempto solum dampnorum specificatorum facta et perpetrata extitissent, habitaque ipso vestro testimonio praesente, memoratos Georgium de Kalinfalva ac dominam Marusca consortem et Thywadar filium eiusdem Georgy in eadem Kalinfalva, Vana Nemes³⁾ dictum et Marusca consortem dicti Vana et Radwlwana de Somosfalva⁴⁾, quemlibet eorum in Mykolapathaka, dominas Marinam matrem et Radulvana, quemlibet eorum in eadem Mikolapathaka, Gyula Fyce de Fejerfalva, dominam Malynka, consortem in eadem Mikolapataka, Georgium Monella de Bardfalva Sandrinum et Petrum Zthetz⁵⁾ de eadem, dominas Annam ipsius Sandrini et alteram Annam dicti Petri consortes, quemlibet dominas Marusca consortem ejusdem in eadem Karmazanfalva, Petrum de Budfalva ac Dyonisium Germanum et Ioannem filium ejusdem Petri, Myrche de Vajnagh, Lupsa de quemlibet eorum in eadem Budfalva, possessionibus quemlibet eorum videlicet in porcione sua possessionaria, in dictis possessionibus habita ut ipsi praescriptas possessionem Karmazanfalva, ac unam

sessionem Jobbagonalem in possessione Bodfalva praefatorum actorum per eosdem ut dictum extitit, occupata baronum et regni nostri nobilium super hujusmodi novis occupationibus, factam et per nos roboratam, infra triginta dierum remittere, eisdem satisfacere debeant et teneantur, quos quidem Georgium de Kalynfalva ac dominam Maruska consortem et alios supradictos acquiescere recusantes, propter quod idem Lazarus, homo nostrae serenitatis, ipso vestro testimonio praesente consortem et Thyvadar filium ejusdem Georgii, in eadem Kalynfalva, Vana Nemes dictum, Maruska consortem ejusdem Vana, quemlibet eorum in Mikolapataka, ac Radulvana ipsius Sandrini, et alteram Annam, dicti Petri consortes, quemlibet eorum in Budfalva, Michaellem Vyncha de Kamarzanfalva Kamarzanfalva⁶⁾, ac Petrum de Bodfalva, Dyonisium Germanum, et Ioannem filium ejusdem Petri Myrche de Vajnagh, Lupsa de Bodfalva et dominam Anko consortem ejusdem, in eadem Bodfalva, necnon Michaellem Fyche, ac dominas Magdalenam consortem ejusdem, et Zora matrem ipsius dominae Magdalenae, in Gyulafalva possessionibus, habita et praefatorum actorum, ad quintum decimum diem hujusmodi tricesimi secundi diei, computandum, nostrae serenitatis personalem, evocassent in praesentiam, rationem de praemissis reddituros efficacem. Litis pendencia, si qua foret inter ipsos, non obstante, insinuassetque ibidem et idem, ut sive ipsi, termino in praefixo, coram nostra personali praesentia comparerent, sive non faceret in praemissis, quod juri videretur expediri et quo quidem decimo quinto die, tricesimi secundi diei festi Epiphaniarum Domini, causa partium praescripta, partes inter easdem, seriebus literarum certarum prorogatoriarum, praelibati Georgius de Kalynfalva, et domina Maruska consors ejusdem, ac alii supra nominati, per praefatum Ioannem de Selend coram eadem nostra personali praesentia expectati, eandem nostram personalem in praesentiam non venerunt, neque miserunt, sed se mediantibus aliis literis nostris judicialibus exinde confectis, in judiciis aggravari per mittentes: supplicans praefatus procurator, in personis praefatorum actorum, ex parte memoratorum, in causam attractorum, per nos in praemissis, juris aequitatem elargiri et adversus praelibatos in causam attractos, nobis praescripta querimonia porrecta extitisset, iidemque in causam attracti, praedictos nostrum et vestrum homines, ad praescriptum quintum decimum diem dicti tricesimi secundi diei, legitime evocati et insinuati, praemissa prorogatione sequente, ad prae-

sentem vigesimum quintum diem, dicti festi Epiphaniarum Domini nostram, eamque iudicis eorum ordinarium in praesentiam venire, vel mittere non curasse, sed se in ipsorum culpabilitatis manifestum indicem, a facie juris et iustitiae penitus absentes, oneribus iudiciorum convinci, et aggravari permisisse, ex praemissis manifeste reperiabantur, propter quod praescriptas possessionem Kamarzanfalva, ac unam sessionem lobbagionalem per praefatos in causam attractos, a manibus eorundem actorum indebite occupatas, eisdem actoribus restatui, iidemque in causam attracti pro praemissis ipsorum actibus potentiariis et sententiis capitalibus, praelibatae autem dominae, in causam attractae, juxta statuta dicti regni nostri, similiter in factis potentiariis, ex eoque quod in emenda in marcis homagialibus, singulos ducentus florenos auri facientes, ac amissione lurium possessionariorum et dotalitiorum, quartalitiorum et rerum parafernaliu[m], rerumque et bonorum earum quarumlibet, ubilibet, intra ambitum dicti regni existentium ipsas solas, proprie et praecise concernentium, convinci et aggravari debere, nobis ac praelatis, baronibus et magistris pro eo nos ex scientia nostra speciali, consilioque eorundem praelatorum, baronum et magistrorum protonotariorum, requisito et assumpto praematur[o], praescriptas possessionem Karmazanfalva, et unam sessionem jobbagionalem, in praefata Budfalva habitam, praefatis actoribus restatuere committentes, nolentes antefatorum in causam ac indebitas occupationes, et dampnorum illationes, modo praemisso per ipsos temerarie patratorum, simpliciter pertransire, ne alii ab eisdem exemplati, ad similes actus potentiarios, se apponere praesumant, sed potius eorundem poenalis afflictio quolibet alios a talibus actibus potentiariis inferentes, terreat, retrahat et compescat exemplum, eosdem in causam attractos, pro praemissis eorum actibus potentiariis, contra et adversus praelibatos actores in factis potentiae et sententiis capitalibus, annotatae autem dominae in causam attractae in facto potentiae, ex eoque in emendis capitum ipsarum, puta singulis quinquaginta marcis homagialibus florenos auri facientes, tantum modo praefatis actoribus persolvendos, ac amissione universorum iurium possessionariorum, dotalitiorum, quartalitiorum et rerum parafernaliu[m], rerumque et bonorum earundem mobilium quorumlibet, ubivis intra ambitum dicti regni nostri existentium, ipsas solas, proprie et praecise concernentium in duabus nostris iudicialiis, actorum partium scilicet adversarum, manibus devolvendorum et redundandorum, convictos et aggra-

vatos fore decernentes et committentes. Fidelitati vestrae igitur firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo praesente Georgius de Bulchu, aut Nicolaus vel Ladislaus de Lazarus de Farkasrev, sive Georgius de Suran, neve Antonius de Sasvar, an Mathaeus de Darocz, ceu Gregorius de Began, nempe Franciscus de Obegan, aliis absentibus, homo noster, de Curia nostra regia, per nos ad id specialiter transmissus, ad facies praescriptae possessionis Kamarzanfalva ac unius sessionis jobbagionalis habitas ab eisdem actoribus indebite occupatas, vicinis et commetaneis earumdem universis et praesentibus accedendo, easdem eisdem actoribus restatuet, jure ipsis incumbente, perpetuo possidendas. Tandem ad facies universorum jurium possessionariorum convictarum, hominibus universis, inibi legitime convocatis et praesen bonorum legitima reambulatione et condigna aestimatione, exclusis etiam prius portionibus aliorum quorumlibet de eisdem occupet, et primo de rebus et bonis earumdem dominarum convictarum mobilibus, ac tandem, si necesse fuerit, de praescriptis juribus possessionariis, tot et tantum, quot videlicet et quantum, ad valorem praescriptarum singularum extendere videbitur separando et excidendo, solummodo praefatis actoribus partium scilicet adversarum manibus det et assignet. Residuitates eorum jurium possessionariorum, ac dotalitorum, quartalitorum, necnon rerum parafernalium earumdem dominarum convictarum, si quae super resultaverint, in duabus nostris judiciariis, in tertia vero partium scilicet adversarum manibus, tamdiu per nos et easdem partes adversas, donec eaedem a nobis, et ipsorum partibus adversis per hos, quorum redemptioni magis competat, in condigna earumdem aestimatione redimantur, statuat titulo pignoris possidendas, contradictione praefatorum in causam attractorum, et aliorum quorumlibet, praevia ratione bona eorumdem victorum, si quas et quae reperire poterunt, modo simill exclusis portionibus aliorum quorumlibet de eisdem auferat, easdem et eadem similiter in duabus nostris judiciariis, in tertia autem partibus praefatorum actorum partium adversarum manibus applicet et assignet, illis autem qui se dicta jura possessionaria, occupata se pro termino redemptionis eorumdem vigesimum quintum diem festi beati Iacobi Apostoli nunc venturi, coram eadem nostra personali praesentia comparendi deputet et assignet, occultorum vero dictarum rerum et bonorum si qui fuerint easdem et eadem ad ammonitionem dictorum nostri et vestri hominum recusaverint, evocet

. personalem in praesentiam, ad vigesimum quintum diem dicti festi beati Iacobi Apostoli legitime perdurantem, rationem occultationis eorum reddituros. Et post haec huiusmodi possessionariae restatutionis, occupationis, aestimationis ac homagii solutionis, rerumque et bonorum dicta jura possessionaria redimere velle asserentium, ac occultatorum et evocatorum, si qui fuerint nominibus, ut fuerit expediens ad praescriptum vigesimum quintum diem, ejusdem festi beati Iacobi Apostoli legitime perdurantem, eidem nostrae personali praesentiae fideliter rescribatis. Datum Budae vigesimo secundo die termini praenotati. Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo tertio⁷).

⁷) A Budfalvi nemes Pinte család nemességét igazolta a vármegye előtt 1763—1768. években. Ezen családból származott a híres Pinte Gergely, a népbaladák hőse, (†1703.) kire vonatkozólag lásd: „Balade“ culese de Atanasiu Marienescu Pest, 1859. és Rákoczi Ferencz fejedelem emlékiratait fordítva Ráth Károly által, Győr 1861. Vonatkozással a Pinte családra, mely a Gutin és Sermetes havasok alatt fekvő Budfalváról származik, említés történik geta vagy dák szokásról a következő oklevélben:

Nos Ladislaus Rad de Somos vicecomes, Thomas de Iod, Iohannes Czyple de Fejerfalva, Stephanus Pap de Szarvaszo et Thomas Sztojka de Csomanfalva iudium comitatus Maramorosiensis memoriae commendamus tenore praesentium, significantes quibus expedit universis, quod cum nos feria tertia proxima ante festum divae Margarethae proxime transactum in oppido Szígeth, die et loco sedis nostrae iudicialiae, pro faciendo causantium moderativo iudicio pro tribunali consedissemus, ex tunc nobilis Ioannes Rad de Somos iudlium superioris anni praesente etiam Iohanne Czyple de Fejerfalva iudlium praesentis anni in nostrum iudicialium personaliter accedentes conspectum, fide sua mediante fassus est ac retulit nobis in hunc modum. Quomodo nobilis Lucas Tibil et domina Paraszkha consors providi Theodori Teleky de Budfalva ut actores, observata legitima citatione in causam convenissent cum nobilibus Andrea et Iohanne Pintye filio Danyi Pintye de Budfalva possessionis Budfalva, praesente etiam egregio Georgio Pogany de Cseb, pro tunc vicecomite. Qui praefati actores . . . adversus incattos proposuissent eo, quia incatti mensam aviticam in templo ritu getico extractam pro se praeoccupassent, quo audito incatti annotati, se non potentia mediante, sed ad provocationem fratrum condivisionalium mensae adhaesisse affirmassent, ipsosque fratres sponte admisisse participasseque. Imo etiam via iuris participes mensae effecti fuissent, super quo litteras adjudicatorias de sede iudicialia rite emanatas statim produxissent, et ideo onus potentiae in ipsos actores retorsissent. Tali inter ipsas partes per dictum iudium habita deliberatione, ut ipsi memorati incatti in dominio et usu mensae praescriptae in templo possessionis Budfalva habitae, semper fore persistereque deberent. Quia vero ipsi actores fati eosdem incattos ab usu mensae amovescentes interturbassent, causamque semel sopitam movissent, in onere florenorum duodecim gravati extitissent eo facto, qua nostra iudicialia deliberatione, ambae partes contentae fuissent. In cuius rei memoriam et

firmitatem litteras nostras adjudicatorias praefatis incattis Andreae et Iohanni Pintye de Budfalva ad instantiam eorundem, posteritalibusque eorundem universis dandas duximus harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum in oppido Szigeth supra dicto dieque praescripto. Anno Domini Millesimo quingentesimo octuagesimo sexto. (Ex processu Basilii Tibil de Budfalva, III. 1780/31.)

²⁾ Hasonló perekben felek még az ítélet meghozatala után is kiegyezhettek egymással, (lásd Hármaskönyv II. 55. stb.) Jelen eseteknél az ellenfelek ki is békiülhettek; mert az ítéletnek semmi komolyabb következménye nem mutatkozik.

³⁾ Az Opris és Nemes családok mai nap is birtokosok F.-Kálinfalván.

⁴⁾ Radul Vana=János a Radul fia a kitől származik a somfalvi nemes Rád család, mely sok jeles férfiut adott a vármegyének, leszármazói mint földművesek mai nap is birtokosok Somfalván.

⁵⁾ Nemes Manayla és Stecz családok mai nap is birtokosok Bártfalván.

⁶⁾ Comorzana nevet viselt Szerbfalva község felső része.

⁷⁾ A kolosmonostori levéltár őreinek 1728. évi november 30-án budfalvi Papp Demeter, Tamás László és Bud Lupu kérésére kiadott eredeti átiratából.

1483. Május 17. A leleszi convent tanúsítja, hogy Corvin Mátyás király ítélete folytán Budfalvi Bud Simont és Jánost, Pintét és Opressa-vanának nevezett Jánost, Komarzánfalva és egy budfalvi jobbágytelek birtokába visszaiktatta.

Nos Conventus ecclesiae sanctae crucis de Lelesz, memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis, quod nos summo cum honore receptis literis domini Mathiae Dei gratia regis Hungariae Bohemiae etc. adjudicatoriis et sententionalibus, modum et formam judiciarum deliberationis, quarumdam possessionariarum restatutionis, occupationis, aestimationis, homagiorum solutionis rerum et bonorum ablationis per regium et nostrum homines exequi debendae in se exprimentibus Budae scilicet, vigesimum quintum diem festi epiphaniarum Domini, proxime praeteriti, pro parte nobilium Simonis et Ioannis Bud, ac Pynthe de Bodfalva, ac Ioannis Oppressavana dicti, de eadem Bodfalva ut actorum, contra Georgium de Kalinfalva ac dominam Marusca consortem et Thyvadar Vana Nemes dictum de eadem Kalinfalva, ac Marusca consortem dicti Vana, Radulvana de Somosfalva dominasque Marinam matrem et Annam consortem, necnon Ioannem, Koztha, Lupsa et Mikola, filios ejusdem Radulvana, Gyula Fyce de Fejerfalva et domi-

nam Malinka consortem ejusdem Gyulae, Georgium de Bodfalva et dominam Anko consortem ejusdem, Sandrinum et Petrum Zthechk de eadem, ac Dominam Annam ipsius Sandrini et alteram Annam: dicti Petri consortes, Michaellem Vyncza de Karmozanfalva et Dominam Maruska consortem ejusdem, Petrum de Bodfalva, ac Dyonisium Germanum et Iohannem filium ejusdem Petri, Myrche de Vaj-nagh et dominam Anko consortem ejusdem, nec non Michaellem Fyce ac dominas Magdalenam consortem ejusdem et Zora matrem ejusdem dominae Magdalenae ut in causam attractos, con-fectis et emanatis nobisque loquentibus et datis, quas habita seriei executione capite sigilli nostri consignatum his literis nostris execu-tionalibus, in adjudicatione circa vigesimum quintum diem festi beati Iacobi apostoli, proxime venturi fiendum, in eisdem literis adjudicatoriis praefixum, in specie producenda exhibendi restituimus, juxta quamdam continenciam earum, una cum Antonio de Sasvar, ho-mine ejusdem domini regis, in eisdem literis adjudicatoriis conscripto, per eundemque dominum regem de Curia transmissio, unum ex nobis videlicet fratrem Iohannem praesbiterum, ad contenta earum-dem literarum adjudicatoriarum exequenda nostro pro testimonio, du-ximus destinandum. Qui demum exinde ad nos reversi nobis unifor-miter retulerunt: quod ipsi feria tertia proxima post festum beatae Sophiae viduae proxime praeteritum ad facies possessionis Kamarzan-falva unius sessionis jobbagionalis in possessione Budfalva, in comitatu Maramarusiensi existente habitae, vicinis et commetaneis earumdem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, idem homo dicti domini regis, ipso nostro testimonio praesente, easdem possessionem et sessionem jobbagionalem, praefatis actoribus, jure ipsis ex continentia praescriptarum literarum adjudicatoriarum attinentes, perpetuo restatuisset possidendas, contradictione quorumlibet praevia ratione non obstante. In cujus rei testimonium praesentes literas pen-dentis authentici sigilli nostri munimine roboratas duximus conceden-das: Datum decimo die diei executionis praenotatae. Anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo tertio.

Lásd az előző oklevelet. Budfalváról nemességét igazoltak 1752. évben a Pap (1505.) Bud (1505.) Marinka (1594.) Pinte (1494.) Vincz (1505.) Oprisa (1494.) Kupsa (1609.) Csicso (1613.) Onitza (1642.) és Berinde (1587.) családok; 1763—1768. években a Tamás, Balin, Nemes, Sándor, Duma, Bercs és German (1351.) családok 1763—1769. években a György (Giurgiu 1658.) család.

325.

1484. Augusztus 10. Sziget. A vármegye tisztikara bizonyítja, hogy Apsai Vasil és neje Motre, valamint fia Mihály, Tivadar, Zimo, Lassen, továbbá Veronica asszony Apsai Lázár özvegye és fia Mihály ellenmondás nélkül beiktattattak Közép-Apsa és Alsó-Apsának a törvényszék által részükre törvény szerint megítélt egy negyedrésze birtokába.

Nos Thomas Vass castellanus de Rona necnon vice comes Maramarusiensis, Ioannes Bank de Zarvazo, Dancsul, Tivadar, Gyula quatuor iudices nobilium comitatus Maramarusiensis, damus pro memoria quibus expedit universis et singulis tenore praesentium significantes, quod Vasil¹⁾ de Apsa in sua, et Motre²⁾ uxoris suae, Michaelis Tyvadar, Zimo,³⁾ Lassen⁴⁾ filiorum et dominae Veronicae relictae quondam Lazari de eadem Apsa, et filli ejusdem praetactae dominae Veronicae videlicet Michaelis personis, coram nobis constitutus, conquerens nobis, et petens debita cum Instantia, ut eundem cum praescriptis in dominium quartarum partium infrascriptarum possessionum videlicet Kozepso-Apsa et Also-Apsa constitueremus, collocarem et statueremus jure mediante, ac secundum consuetudinem sedis nostrae.⁵⁾ Quas portiones vel partes idem Vasil juris ordine persequendo coram nobis in sede nostra judiciaria reabtinuerat. Nos vero percipientes ejus paupertatem ac ipsius querimonys obediens die dominico in festo beati Iacobi apostoli accessimus in facies praescriptarum sessionum cum commetaneis et vicinis ejusdem. Nullo contradictore apparente, ac stante statuimus ac collocavimus in dominium, ac utensionem quartae partis ac portionis praelibatarum sessionum cum omnibus utilitatibus et pertinentiis universis ut puta, terris arabilibus, pratis et foenetis, sylvis et nemoribus, montibus et vallibus necnon alpibus, aquis et aquarum decursibus in filios filiorum, haeredum successorumque in perpetuum obtinendam, regendam pariter et habendam, vigore et testimonio praesentium mediante. Ex Szigeth feria tertia in festo beati Laurentii Martyris. Anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto.⁶⁾

1) Vasil=Basilius=Vazul=Vlad=László=Uladislaus=Ulászló=Laczk.

2) Motre=Márta.

3) Zimo=Szimo=Simon.

4) Lassen=Vlasfn=Balázs.

5) „Secundum consuetudinem sedis nostrae“ arra vonatkozhat, hogy a bir-
tokba iktatás szabály szerint királyi rendeletre, a homo regius által a hiteles hely
kiküldöttje jelenlétében történt, nálunk azonban szokásban volt azt a vármegye
közönsége által is megtéetni, mikép azt már 1349. évben láttuk.

6) Leleszi convent (Protocollum actorum anni 1765. fol. 20. No. 18.)

326.

*1485. Julius 3. Bécs. Corvin Mátyás király rendelete a
leleszi conventhez az iránt, hogy megvizsgáltassék Dolhai
Mihály fia Miklós panasza a Dolhai Ambrus fiai ellen, kik
az utóbbi által elfoglalt Dolhai, Rozaliai, Nagy- és Kis-Po-
lyánai részbirtokait tartják.*

Mathias Dei gratia rex Hungarie, Bohemie etc. Fidelibus nostris
conventui ecclesie de Lelez salutem et gratiam. Exponitur nobis in
persona Nicolaj filij condam Michaelis de Dolha, quomodo in anno
cuius jam decima octava vel citra instaret revolutio, condam Ambro-
sius de Dolha, dum adhuc supervixisset, ex consensu et voluntate
Ladislai, Gregory et Benedicti Bereghy de Papos, totales porciones
possessionarias prefati condam Michaelis de Dolha patris ut puta dicti
Nicolai exponentis, in possessionibus Dolha predicta ac Rozalya, Zur-
dok, Naghpolya et Kispolya vocatis omnino in comitatu Maramaro-
slensi existentibus habitas, minus juste et indebite pro se occupasset,
occupatasque quo usque supervixisset, semper potencialiter tenuisset,
prout nunc easdem porciones possessionarias Georgius, Ladislaus,
Ioannes et Petrus filij eiusdem condam Ambrosy occupative tenerent,
et eisdem uterentur eciam de presenti, potencia mediante in prejudi-
cium et dampnum dicti exponentis valde magnum. Super quo fidelitati
vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis ho-
minem pro testimonio fidedignum, quo presente Georgius filius Nicolai
de Bilke, Michael, Ladislaus de Dobroka alys absentibus
homo noster, scita prius premissorum mera veritate, evocet prefatos
Georgium et fratres suos de dicta Dolha contra annotatum Nicolaum
de eadem Dolha, ad octavas festi beati Michaelis Archangeli nunc
venturas, nostram personalem in presentiam, racionem de premissis

reddituos efficacem, litis pendentia si qua foret inter ipsos non obstante. Et post hec huiusmodi inquisitionis et evocationis seriem cum evocatorum nominibus octavas ad predictas eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Wyennae die Dominica proxima post festum Visitacionis Beatissimae Mariae Virginis Anno Domini M^o CCCC^o LXXX^o quinto.

Leleszi Convent (Actorum No. 7. Anni 1485.) Másolat Petrovay Györgytől.

327.

1485. Julius 14. Bécs. Corvin Mátyás király rendelete az iránt, hogy Huszti Therenni Albert diák és testvére Ambrus a herincsei határban lévő Chaholtz völgy birtokába beiktattassanak. A beiktatás ellenmondás nélkül történik.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris, presentium noticiam habituris. Nicolaus Hosthfy prepositus et conventus ecclesie Sancte Crucis de Lelez salutem in omnium Salvatore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas serenissimi principis domini Mathie Dei gracia regis Hungarie, Bohemie etc. introductorias et statutorias nobis directas sommo cum honore recepimus in hec verba. Mathias Dei gracia rex Hungarie, Bohemie fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis fidelium nostrorum nobilium Alberti literati Therenni de Hwzth et Ambrosy fratris eiusdem, quomodi ipsi in dominium cuiusdam vallis sew rivuli Chaholczpathaka vocati, in tenutis possessionis Herynche vocate in comitatu Maramarosiensis existentis habite, ipsos exponentes ex inscriptione nobilium Sandrini et Pauli Thegze de Berezna perpetue emcionis titulo concernentis, legitime vellent introire. Superquo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Andreas de Krychfalwa, vel Stephanus Zitoyka de eadem, aut Simon Lazlo de Fejereghaz, sin Sandrinus Risko de Kewesligeth, sew Simon Bokoch, sive Iohannes Wolaz de Wghlya, neve Simon namque Berthok de Zarwazo, sew Simon de Buthfalwa, alys absentibus homo noster ad facies predictae possessionis Herynche, consequen-

terque prescripte vallis seu rivuli Chaholtzpathaka nuncupati vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat memoratos exponentes in dominium eiusdem, statuatque eandem eisdem, simul cum cunctis eiusdem utilitatibus et pertynencys quibuslibet, premissis jure ipsis incumbenti perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet eosdem contra annotatos exponentes nostram personalem in presenciam ad terminum competentem, rationem contradiccionis eorum reddituros, et post hec huiusmodi introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint vicinorumque et commetaneorum, qui premissis statucioni intererunt, nominibus terminoque assignato ut fuerit expediens, dicte nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum in civitate nostra Vyenensi, feria quinta proxima post festum beate Margarete Virginis, Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto. Nos vero preinsertis preceptis et mandatis prefati domini regis obedientes ut tenemur, una cum prefato Andrea de Krychfalwa, homine eiusdem domini regis, unum ex nobis, videlicet fratrem Martinum presbiterum ad premissa exequenda nostro pro testimonio duximus destinandum, qui demum exinde ad nos reversi, nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi in profesto beati Stephani regis et confessoris proxime preterito, ad facies prefate possessionis Herynche, consequenterque prefati vallis seu rivuli Chaholtzpathaka, vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis ac Simone Bokoch de Vglya, Sandrino Risko de Keweslygeth predictis, et Alberto Magno de Keselewmezew presentibus accedendo, idem homo dicti domini regis ipso nostro testimonio presente introduxisset prefatos exponentes in dominium eiusdem, statuissetque eandem eisdem, simul cum cunctis eiusdem utilitatibus et pertynencys quibuslibet premissis jure ipsis incumbenti, perpetuo possidendam. Nullo contradictore inibi apparente, legitimis et consuetis diebus in facie eiusdem moram protrahendo. In cuius rei testimonium presentes litteras pendentis, autentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum sedecimo die dicte introduccionis et statucionis prenotatarum. Anno domini supradicto.

Pergamene irt eredetiből dr. Tegze Miklós ügyvédnél Berezán; az oklevél függő pecsétje hiányzik.

328.

1485. Julius 17. Bécs. Corvin Mátyás király rendelete az iránt, hogy Kővesligeti Sandrin és Simon ugyanottan örökösödési jogon birt két részjóságukba beiktattassanak. Ellenmondás nélkül beiktattatnak.

Mathias Dei gratia rex Hungariae, Bohemiae etc. fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelesz salutem et gratiam: Dicitur nobis in personis nobilium Sandrini et Simonis de Kevesligeth, quomodo ipsi in dominium directarum et aequalium duarum partium praedictae possessionis Kevesligeth in comitatu Maramorosiensis existentis habitarum, ipsos exponentes jure haereditario concernentium legitime vellent introire, super quo fidelitati vestrae firmiter praecipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Stephanus Voloz, aut Simon de Uglya, vel Stephanus Ztojka de Kricsfalva, sin Sandrinus de Bedeu seu Gregorius de Zaploncza aliis absentibus, homo noster ad faciem dictae possessionis Kevesligeth, consequenterque dictarum directarum duarum partium ejusdem possessionis, vicinis et commetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat praefatos exponentes in dominium earundem, statuatque easdem eisdem simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet praemisso titulo ipsis incumbente, perpetuo possidendum, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatos exponentes ad terminum competentem, nostram personalem in praesentiam, rationem contradictionis eorum reddituros. Et post haec hujusmodi introductionis et statutionis seriem, cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque, et commetaneorum, qui praemissae statutioni intererunt, nominibus terminoque assignato, ut fuerit expediens, eidem nostrae personali praesentiae fideliter rescribatis. Datum in civitate nostra Viennensi feria quinta proxima post festum beatae Margaretae Virginis et Martyris. Anno Domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto. Nos vero praesentis praecipitis et mandatis praefati domini regis obediens, ut tenemur, una cum praefato Simone de Uglya homine ejusdem domini regis unum ex nobis, videlicet fratrem Laurentium praesbyterum ad praemissa exequenda nostro pro testimonio duximus destinandum, qui demum exinde ad nos reversi, nobis uniformiter

retulerunt, quod ipsi in festo exaltationis sanctae crucis proxime praeterito ad facies praescriptae possessionis Kevesligeth consequenterque praetactatarum directarum duarum partium ejusdem possessionis vicinis et commetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis, ac Simone, Iacobo et dicto Stephano Volaz de Uglya, Ivasko, Andrea ac praedicto Stephano Ztojka de Kricsfalva, necnon Alberto litterato Thereeny de Huszth praesentibus accedendo, idem homo dicti domini regis ipso nostro testimonio praesente introduxisset praefatos exponentes in dominium earundem, stauissetque easdem eisdem simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet praemisso titulo ipsis incumbente perpetuo possidendas, nullo contradictore inibi apparente. Legitimis etiam et consuetis diebus, in facie earundem moram protrahentibus. In cuius rei testimonium praesentes litteras pendentis authentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum sedecimo die diei introductionis et stationis praenotatarum. Anno Domini supradicto¹⁾2).

1) Ezen év június 1-én vette be Mátyás király ostrommal Bécs városát és várát.

2) Risko László irholczy és Román Péter alsó-apsai lakosok productionalis peréből a vármegye levéltárában III. 1783/49. A perben megemlíti van, hogy Drág mesternek, kitől vette Kövesliget román és ruthén nevét, két fia volt, Sándrin és György; utóbbinak Román nevű fiától származnék a Román család, Sándrintől pedig a Risko család, mely Kövesligeten kívül még Alsó-Ronán és Iodon is el van terjedve.

1485, Julius 24. Bécs. Corvin Mátyás király rendelete folytán Talaborfalvi Juga György fiai: Lőrincz Pap, Péter, Briccius, Lukács románok valamint Balázs, János és Tivadar beiktattának ellenmondás nélkül Talaborfalva és Dulfalva jószágok keneziatusa tulajdonjogába.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris, praesentium notitiam habituris, Nicolaus Hostfy praepositus et conventus ecclesiae sanctae crucis de Lelez salutem in omnium Salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas

serenissimi principis domini Mathiae Dei gratia regis Hungariae, Bohemiae etc. Introductorias et statutorias nobis directas summo cum honore recepimus in haec verba: Mathias Dei gratia rex Hungariae, Bohemiae etc. fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelez salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis fidelium nostrorum Laurentii presbyteri, Petri, Briccii et Lucae fratrum suorum Valachorum, necnon Blasiy Ioannis et Tivadar, filiorum Georgii Iuga de Talabor, quomodo ipsi in dominium Kenesiatus possessionum Talabor praedictae et Dulfalu in comitatu Maramaros existentium ipsos exponentes omnis juris titulo concernentium legitime vellent introire, super quo fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo praesente Sandrinus Thegze de Berezna, aut Paulus similiter Thegze . . . vel Michael sive Paulus de Dobroka, seu Koztha de Szelesthyr sive Merche de Vajmag aliis absentibus homo noster ad facies praescriptarum possessionum Talabor et Dulfalu, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis ac praesentibus accedendo, introducat praefatos exponentes in dominium earundem, statuaturque easdem eisdem simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinenciis quibuslibet praemisso jure ipsis incumbenti perpetuo possidendas si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatos exponentes nostram personalem in praesentiam, ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros, et post haec huiusmodi introductionis et statutionis seriem, cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum qui praemissae statutioni intererunt, nominibus terminoque assignato eidem nostrae personali praesentiae fideliter rescribatis. Datum Viennae in festo beatae Christinae virginis et Martyris Anno domini Millesimo quadringentesimo octvagesimo quinto. Nos vero praeinsertis praeceptis et mandatis praefati domini regis obediens ut tenemur, una cum praefato Michael de Dobroka, homine ejusdem domini regis, unum ex nobis videlicet fratrem Martinum presbyterum ad praemissa exequenda pro nostro testimonio duximus destinandum, qui demum exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi in festo beati Bartholomaei apostoli proxime praeterito ad facies praescriptarum possessionum Thalabor et Dulfalu vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis ac Simone Baksa et Stefano Voloz de Uglya, Merche et Ioanne de Vajnaag, Stephano, Ioanne, Francisco et Ivasko de Krichfalva, Sandrino et Paulo de Berezna praesentibus accedendo, idem homo praefati domini regis ipso

nostro testimonio praesente introduxisset praefatos exponentes in dominium earundem, statuissetque easdem eisdem simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, praemisso jure ipsis incumbenti perpetuo possidendas, nullo contradictore inibi apparente legitimis etiam et consuetis diebus in faciebus earundem permanendo. In cujus rei testimonium praesentes literas pendentis autentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum sedecimo die diei introductionis et statutionis praenotatarum. Anno domini supradicto.

1) Juga=György.

2) Dominium Keneslatus, itt feltétlen jogot jelent valamely jországban levő kisebb királyi jogokhoz, például a jország termései ötvened része beszédési jogához.

3) Sandrin és Pál a nemes Tegze család ősei, mely család Bereznán mai nap is birtokos.

4) Leleszi Convent. (Statutoriarum J. No. 30.)

330.

1485. Szeptember 21. Buda. Corvin Mátyás király rendelete folytán Talabori Juga György fia Lőrincz pap, ennek fia Jakab és testvérei Péter, Bereczk és Balázs beiktattatnak a Talabor folyó mellett fekvő Monyorós birtokába.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris notitiam praesentium habituris. Nicolaus Hozthfy praepositus et conventus ecclesiae sanctae crucis de Lelez, salutem in omnium Salvatore, ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas serenissimi principis domini Mathiae Dei gratia regis Hungariae, Bohemiae etc. Introductorias, statutorias nobis directas summo cum honore recepimus in haec verba: Mathias Dei gratia rex Hungariae, Bohemiae etc. fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelez, salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis fidelium nostrorum Laurentii Pap, filii quondam Georgii Iuga de Thalabor, ac Iocobi filii necnon Petri, Bricci et Blasii fratrum ejusdem Laurentii Pap, quomodo ipsi in dominium totalis possessionis Monyoros vocatae in comitatu Maramorosensi existentis penes fluvium Thalabor adjacentis, ipsos omnis juris titulo perpetue concernentis legitime vellent introire, super quo fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis

hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Sandrinus aut Paulus Thegze de Berezna, vel Michael de Dobroka, sin Mirche de Vajnak aliis absentibus homo noster ad faciem dictae totalis possessionis Monyoros, vicinis et commetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat praefatos exponentes in dominium ejusdem possessionis, statuaturque eandem eisdem, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet praemisso jure eisdem incumbenti, perpetue possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet eosdem contra annotatos exponentes nostram personalem in praesentiam, ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros. Et post haec hujusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint vicinorumque et commetaneorum, qui praemissae statutioni intererunt, nominibus terminoque assignato eidem nostrae personali praesentiae fideliter rescribatis. Datum Budae in festo beati Mathaei apostoli et evangelistae. Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto. Nos vero praecursoris praecipitis et mandatis praefati domini regis obediens ut tenemur, una cum praefato Mirche de Vajnak homine ejusdem domini regis unum ex nobis videlicet fratrem Gregorium presbiterum ad praemissa fideliter exequenda nostro pro testimonio duximus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi, nobis viva voce retulerunt, quod ipsi feria quinta proxima ante festum beatorum undecim millium virginum martyrum proxime praeteritum, ad facies dictae totalis possessionis Monyoros, vicinis et commetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis, ac Stephano Volaz de Uglya, Simone Bokoch, altero Simone Orosz, alteroque Simone de Fejereghaz praesentibus accedendo, idem homo dicti domini regis ipso nostro testimonio praesente introduxisset praefatos exponentes in dominium ejusdem possessionis Monyoros statuissetque eandem eisdem simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, praemisso jure eisdem incumbenti, perpetuo possidendam, contra dictione quorumlibet praevia ratione non obstante. Legitimis etiam et consuetis diebus in facie ejusdem moram protrahentibus. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam praesentes litteras pendens authentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum sedecimo die diei introductionis et statutionis praenotatarum. Anno domini supradicto.

331.

1485. Szeptember 21. Buda. Corvin Mátyás király rendelkezéséből Thalabori Juga György fia Pap Lőrincz, ennek fia Jakab és testvérei Péter, Bereczk és Balázs kérése folytán bejáratnak Monyoros birtok határai.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris, notitiam praesentium habituris Nicolaus Hosthfy praepositus et conventus ecclesiae sanctae crucis de Lelez, salutem in omnium Salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod nos litteras serenissimi principis domini Mathiae Dei gratia regis Hungariae, Bohemiae etc. reambulatorias nobis directas summo cum honore recepimus in haec verba. Mathias Dei gratia rex Hungariae Bohemiae etc. fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelez salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis fidelium nostrorum Laurentii Pap filii quondam Georgii Iwga de Thalabor, ac Iakobi filii necnon Petri, Bricci et Blasii fratrum ejusdem Laurentii Pap, quomodo possessio ipsorum Monyoros¹⁾ vocata in comitatu Maramarosiensi existens, nunc apud manus ipsorum pacifice habita, legitima reambulatione et metarum erectione plurimum indigeret, super quo fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum quo praesente Sandrinus aut Paulus Thegze de Berezna, vel Michael de Dobrowka, sin Myrche de Vaynagh aliis absentibus homo noster ad facies dictae possessionis Monyoros vicinis et comitaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, reambulet eandem per suas veras metas et antiquas, novas juxta veteres in locis necessariis erigendo, reambulatumque et ab aliorum juribus possessionariis metaliter seperatam et distinctam relinquat eandem praefatis exponentibus, jure ipsis incumbenti perpetue possidendam si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet eosdem contra annotatos exponentes nostram personalem in praesentiam ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros, et post haec huiusmodi possessionariae reambulationis et metarum erectionis seriem, cum cursibus metarum inibi erigendarum, contradictorumque et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et comitaneorum qui praemissae reambulationi et metarum erectioni intererunt, nominibus terminoque assignato eidem nostrae personali prae-

sentiae fideliter rescribatis. Datum Budae in festo beati Mathaei apostoli et evangelistae. Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto. Nos vero praeinsertis praeceptis et mandatis praefati domini regis obedientes ut tenemur, una cum praefato Myrche de Vaynak homine ejusdem domini regis unum ex nobis videlicet fratrem Gregorium praesbyterum ad praemissa fideliter exequenda nostro pro testimonio duximus destinandum, qui tandem, exinde ad nos reversi nobis una voce retulerunt ipsi sabbato proximo post festum beatorum undecim millium virginum martirum proxime ad facies dictae possessionis Monyoros, vicinis et commetaneis ejusdem universis inibi vocatis ac Stephano et Ioanne Ztoika de Krychfalva Thegze de Berezna praesentibus accedendo, idem homo dicti domini testimonio praesente eandem possessionem Monyoros per suas veras metas novas juxta veteres in locis necessariis erigendo hoc modo reambulassent incipissent a parte septentrionali in meta Solyomkew appellata penes fluvium Thalabor existente, inde per eundem rivulum Thalabor per meatum antiquum ejusdem per bonum spatium infra descendendo, tandem exit ab eodem fluvio et intrat in quemdam parvum rivulum in eodem fluvio Thalabor exeuntem, et a parte possessionis Wglya existentem, ab inde pergitur et jungitur in quendam fluvium Wglya vocatum, et ab eodem fluvio Wglya vadit directe ad verticem cujusdam montis Domb vocati, deinde super verticem ejusdem montis versus meridiem currendo descendit et jungitur in fluvium Kysthechefew, et dum per eundem fluvium descendendo in oppositum fluvium Sospatak vocatum directe perveniret, exit ab eodem fluvio Kysthechefew et intrat in dictum fluvium Sospatak, tandem per eundem fluvium descendendo jungitur et cadit in praedictum fluvium Thalabor, inde per eundem fluvium per meatum videlicet antiquum ejusdem per bonum spatium descendendo, flectitur et exit in fluvium Hatharpatak dictum ad partes possessionis Vaynagk tendente, deinde exit ab eodem Hatharpatak . . . a parte meridionali de novo erectam, ab inde vadit per latus unius magni montis in vertice ejusdem et deinde per latus ejusdem progreditur descendendo directe in fluvium ab inde per eundem fluvium descendendo jungitur in fluvium Zeklenche, et per eundem ascendendo dum perveniret ad fluvium Malpathak a parte possessionis Krychfalw exit ab eodem, et vadit in praedictum fluvium Thalabor, demum per eundem descendendo jungitur primae metae Solyomkeo, et ibi metae praescriptae possessionis Monyoros terminan-

tur, reambulatamque et ab aliorum juribus possessionariis metaliter separatam, et distinctam relinquisset eandem praefatis exponentibus praemisso jure ipsis incumbenti perpetuo possidendam, contradictione quorumlibet praevia ratione non obstante, legitimis etiam et consuetis diebus in facie ejusdem moram protrahendo. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam praesentes literas pendentis autentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum sedecimo die diei reambulationis praenotatae. Anno Domini supradicto²⁾).

1) Monyoros=Mogyorós helység mai nap ismeretlen, de annak a fennmaradt adatok szerint Talaborfalva és Duffalva környékén kellett feküdni.

2) Leleszi Convent. (Protocollum Metalium Comitatus Maram. No. 16.)

3) Kricsfalváról nemességet igazoltak 1752. évben a Darvai alias Kricsfalvi (1600.) Kricsfalvi (1591.) Sztoyka (1505.) Bencze (1590.) Marina (1591.) családok. Darváról a fentiekén kívül 1752. évben Pap alias Nemes (1670.) Izáról 1752. évben Izai alias Orosz (1597.) család.

1485. Szeptember 30. A leleszi convent tanusítja, hogy Kövesligeti Sándrin és Simon magukat arra kötelezték, hogy a Kövesligeti György fia Román ugyanottani rész jóságát, melynek birtokába közelebről beiktattattak, a zálogból való kiváltásig érintetlenül fogják hagyni.

Nos Nicolaus praepositus, et conventus ecclesiae sanctae crucis de Lelesz, memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis, quod nobiles Sandrinus de Kevesligeth ab una, parte vero ex altera Romanus filius quondam Georgii de eadem Kevesligeth coram nobis personaliter constituti ipse etiam Sandrinus onus, et quodlibet gravamen Simonis de eadem fratris sui ad infrascripta inviolabiliter observanda in se assumens, utriusque sunt confessi in hunc modum. Quod libet ipsi Sandrinus et Simon acceptis regis et nostro hominibus proxime praeteritis diebus, se in dominium directarum partium possessionis Kevesligeth jam scriptae in comitatu Maramarosensi existentis legitime introduci et sibi statui fecerint, tamen quia ipse Romanus certas portiones in eisdem duabus partibus

possessionis Kevesligeth tam perennali, quam impignoratio jure mediantibus efficacibus litteris sibi met habere assereret, ideo ipse Sandrinus totales portiones apud manus ipsius Romani suo jure utpote illo perennali et impignoratio quoad ipsum Romanum spectare dignoscuntur, reliquisset tamdiu habendas donec debita redemptio earundem, redimi scilicet debendarum per ipsum Sandrinum aut alterum adhibebitur. At nihilominus ipse Sandrinus hoc et id nostri in praesentia spopondit, seque obligavit, quod ipse Romanum in eisdem portionibus sibi scilicet attinentibus, ante redemptionem praepedire et inquietare non audeat. Casu vero quo ipse ipsum Romanum in eisdem portionibus, sibi scilicet modo praenotato attinentibus inquietare praesumpserit, ex tunc ipse Sandrinus in aestimatione totalium portionum, contra ipsum Romanum vincatur, et convictus habeatur eo facto. Rursus vero ipse Romanus hoc et id nostri spopondit in praesentia, quod dum ipse Sandrinus totalem portionem ipsi videlicet Romano modo praedicto spectantem et relictam, quae videlicet redimenda fore de jure dignoscitur, ab ipso Romano redimere valuerit, ex tunc ipse Romanus eandem portionem, quae videlicet redimenda et remittenda seu resignanda fore dignoscitur, ipsi Sandrino remittere debeat et teneatur, sub hoc obligamine per ipsum Romanum adjecto, quod si ipse Romanus totalem remittendam portionem ipsi Sandrino legitime videlicet requirenti remittere noluerit, s extunc ipse Romanus consimiliter in aestimatione totalis portionis remittendae et redimendae contra ipsum Sandrinum vincatur, et convictus habeatur. Harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum in festo beati Ieronimi Doctoris. Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quinto.

Risko László Irhoiczi és Roman Péter alsó-apsai lakosok productionalis peréből a vármegye levéltárában III. 1783/49.

333.

1486. Márczius 4. Buda. Corvin Mátyás király rendelete folytán Gostoia és fia János, Suska és fiai Péter és Mihály valamint Dán fia Mihály ellenmondás nélkül beiktattatnak Szaecsal birtokába.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris notitiam praesentium habituris, Nicolaus Hostfy praepositus et conventus ecclesiae sanctae Crucis de Lelesz salutem in omnium Salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod nos litteras serenissimi principis domini Mathiae Dei gratia regis Hungariae, Bohemiae etc. introductorias et statutorias nobis directas summo cum honore recepimus in haec verba: Mathias Dei gratia rex Hungariae, Bohemiae etc. fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelesz salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis fidelium nostrorum Volachorum Gosstholyae ac Johannis filii ejusdem et Suska, necnon Petri et Michaelis filiorum ejusdem Suska, ac Michaelis Danfia fratris ipsorum, quod ipsi in dominium totalis possessionis Zachel vocatae in comitatu Maramarosensi existentis, ipsos jure haereditario concernentis legitime vellent introire, superquo fidelitati vestrae firmiter praecipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Andreas de Vysa, aut Michael Kiss, vel Danch Thorkos de Dragomyr allis absentibus homo noster ad faciem praescriptae possessionis Zachel, vicinis et commetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat memoratum Gosstholya et alios praescriptos in dominium ejusdem, statuaturque eandem eisdem simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet praemisso jure haereditario eisdem Incumbente, perpetue possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatum Gosstholya et alios praenotatos, nostram personalem in praesentiam ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros efficacem, et post haec hujusmodi Introductionis, et stationis seriem, cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui praemissae stationi intererunt, nominibus terminoque assignato, ut fuerit expediens, eidem nostrae personali praesentiae fideliter rescribatis. Datum Budae Sabbatho proximo ante Dominicam Laetare. Anno Domini Millesimo quadingentesimo

octuagesimo sexto. Nos vero praeinsertis praeceptis et mandatis ejusdem domini regis obediens ut tenemur, una cum praefato Michaelē Kiss de Dragomyr, homine ejusdem domini regis, unum ex nobis, videlicet fratrem Joannem praesbiterum ad praemissa fideliter exequenda, nostro pro testimonio duximus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi in dominica Ramis Palmarum proxime praeterita, ad faciem praescriptae possessionis Zachol vicinis et conmetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis, ac Nicolao Papp de Vysa, Simone ac Georgio de eadem Vysa¹⁾, Thorikos Danch de Dragomerfalva praesentibus accedendo, idem homo dicti domini regis ipso nostro testimonio praesente, introduxisset memoratum Gosztholya et alios praescriptos in donimium ejusdem possessionis Zachol, statuissetque eandem eisdem, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, praemisso jure haereditario eisdem incumbenti perpetue possidendam. Nullo contradictore inibi apparente. Legitimis etiam et consvetis diebus in facie ejusdem moram protrahendo. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam praesentes litteras pendentis autentici sygilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum sedecimo die diei introductionis et statutionis. Anno Domini supradicto²⁾.

1) Az itt említett Visói Pap Miklós és Simontól származnak a visói nemes Pap és Simon családok.

2) A szacsali Suska László és Mihály szigeti lakosok productionális peréből a vármegye levéltárában. III. 1785/42.

1486. Márczius 4. Buda. Corvin Mátyás király rendelete az iránt, hogy Szelistyei Vlád János és fiai Miklós, Tivadar és Nikita; Juga János és fiai Péter, Tamás és János valamint Balázs románok beiktattassanak szelistyei mind három részjóságukba. A beiktatás ellenmondás nélkül történik.

Omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris noticiam presencium habituris. Nicolaus Hosthfy prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez salutem in omnium Salvatore. Ad universorum

noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas serenissimi principis domini Mathie Dei gracia regis Hungarie, Bohemie etc. introductorias et statutorias nobis directas summo cum honore recepimus in hec verba. Mathias Dei gracia rex Hungarie, Bohemie etc. fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelesz salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis fidelium nostrorum Wolahorum Iohannis Wlaad ac Nicolai, Theodori et Nykythe filiorum eiusdem, necnon Iohannis Iwga, ac Petri, Thoma et Iohannis filiorum eiusdem necnon Blasy fratris eorumdem de Zelysthye, quomodo ipsi in dominium directarum et equalium trium partium possessionis Zelysthye predictae in comitatu Maramorosienſi existentis habite, porcionis scilicet condam Wlaad et Iwga patrum utputa prefatorum Iohannis Wlaad et alterius Iohannis Iwga ipsos iure hereditario concernencium legitime vellent introire. Super quo fidelitati vestre firmiter praecipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Andreas de Wysa, aut Michael Kys vel Danch Thorkos de Dragomyr, alys absentibus homo noster, ad faciem predictae possessionis Zelysthye consequenter prescriptarum directarum et equalium trium parcium eiusdem, porcionis videlicet prefatorum Wlaad et Iwga in eadem habite vi(cinis et cometaneis) eiusdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat memoratos Iohannem Iwga et alios (prescriptos in) dominium earundem statuaturque easdem eisdem simul cum cunctis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, premisso iure hereditario ipsis incumbente perpetue possidendas (si non fuerit) contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatos Iohannem ac Nicolaum et alios prescriptos nostram personalem in presenciam ad terminum competentem rationem contradiccionis eorum reddituros, et post hec huiusmodi introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint, vicinorumque et cometa-neorum qui premisse statucioni intererunt, nominibus terminoque assignato ut fuerit expediens eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude Sabbato proximo ante Dominicam Letare. Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto. Nos vero preinsertis preceptis et mandatis prefati domini regis obediētes ut tenemur, una cum prefato Michaelē Kys de Dragomyd, homine ejusdem domini regis unum ex nobis videlicet fratrem Iohannem presbyterum ad premissa fideliter exequenda nostro pro testimonio duximus destinandum qui tandem exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi sabbato proximo ante dominicam Ramis Palmarum proxime

preteritam ad faciem predictae possessionis Zelysthye, consequenterque predictarum directarum et equalium trium parcium eiusdem, porcionis videlicet prefatorum Wlaad et Iwga in eadem habite, vicinis et comitaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis ac Nicolao Pap de Wysa, Simone et Georgio de eadem Wysa ac Thorkos Dansh de Dragomerfalva presentibus accedendo, idem homo dicti domini regis ipso nostro testimonio presente introduxisset memoratos Iohannem Wlaad ac alterum Iohannem Iwga et alios prescriptos in dominium earundem statuissetque easdem eiusdem simul cum cunctis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet premissis jure hereditario ipsis incumbente perpetuo possidendas, nullo contradictore inibi apparente, legitimis etiam et consuetis diebus in facie eiusdem moram protrahendo. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes literas pendentes autentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum sedecimo die diei introductionis et statutionis prenotatarum. Anno domini supradicto²⁾³⁾.

1) Ezen Vlad Jánostól és Juga Jánostól származnak a szelistyei nemes Vlad és Juga családok.

2) Pergamenre írt függő pecséttel ellátott eredetiből a szelistyei nemeseknél. Közé Vlad Alajos képviselő, utóbb királyi táblai bíró íly című munkájában: Originea familiei Vlad Lugos, 1865.

3) Szelistyéről nemességet igazoltak 1752. évben a Vlad (1468.) Juga (1468.) Bulean (1642.) Tutula (1547.) Maties; 1763—1768. években az Ungur (1670.) Tenkis (1644.) Bondor (1670.) Berkán, Flore (1584.) Trufan (1584.) családok; 1763—1769. években a Kis család.

1486. Márczius 4. Buda. Corvin Mátyás király rendelete az iránt, hogy szelistyei román Kis János, testvére Demeter, fiai és unokái Szelistye egy negyed része birtokába beiktattassanak, mely negyedrészt a Kis János atyjáról Nánról szállott reájuk. A beiktatás ellenmondás nélkül történik.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris notitiam praesentium habituris. Nicolaus Hoszty praepositus et conventus ecclesiae sanctae crucis de Lelesz, salutem in omnium Salvatore. Ad

universorum notitiam harum serie volumus pervenire. Quod nos literas serenissimi principis domini Mathiae Dei gratia regis Hungariae, Bohemiae etc. introductorias et statutorias nobis directas summo cum honore recepimus in haec verba. Mathias Dei gratia rex Hungariae, Bohemiae etc. fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelesz salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis fidelium nostrorum Vlahorum Ioannis Kis, Georgii filii, necnon Petri et Nicolai nepotum, et Demetrii fratris ejusdem necnon Koztha filii ejusdem Demetrii de Zelyste quomodo ipsi in dominium directae et aequalis quartae partis possessionis Zelyste praedictae in comitatu Maramarosiensi existentis habitae, portionis scilicet quondam Nan patris ipsius Ioannis Kis, ipsos jure haereditario concernentis legitime vellent introire, super quo fidelitati vestrae firmiter praecipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente Andreas de Visso, aut Michael Kis, vel Dancs Torkos de Dragomir aliis absentibus homo noster, ad faciem praedictae possessionis Zelyste, consequenterque praescriptae directae et aequalis ejusdem quartae partis, portionis videlicet praefati condam Nan in eadem habitae, vicinis et commetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat memoratum Ioannem Kis, et alios praedictos in dominium ejusdem, statuaturque eandem eisdem, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, praemisso jure haereditario eisdem incumbente, perpetue possidendas si non fuerit contradictum. Contradictores vero si qui fuerint evocet eosdem, contra annotatum Iohannem Kis et alios praenominatos nostram personalem in praesentiam ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros efficacem. Et post haec hujusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui praemissae statutioni intererunt nominibus, terminoque assignato, ut fuerit expediens, dictae nostrae personali praesentiae fideliter rescribatis. Datum Budae sabbatho proximo ante dominicam Laetare. Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto. Fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelesz pro Iohanne Kis Volaho de Zelyste et aliis introscriptis. Introductoria et statutoria. Nos vero praescriptis praeceptis et mandatis ejusdem Domini regis obediens ut tenemur una cum praefato Michaeli Kis de Dragomer, homine ejusdem domini regis unum ex nobis videlicet fratrem Iohannem praesbyterum ad praemissa fideliter exequenda nostro pro testimonio duximus destinandum, qui demum ex inde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi

sabbatho proximo ante dominicam Ramis Palmarum proxime praeteritam, ad faciem praescriptae possessionis Zelyste, consequenterque praedictae directae et aequalis quartae partis ejusdem portionis videlicet praefati condam Nan in eadem habitae, vicinis et commetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis ac Nicolao Pop de Visso Simone et Georgio de eadem Visso, Thorkos Dancs de Dragomerfalva praesentibus accedendo, idem homo dicti domini regis ipso nostro testimonio praesente introduxisset memoratum Ioannem Kis et alios praedictos in dominium ejusdem statuissetque eandem eisdem, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet praemisso jure haereditario ipsis incumbente perpetue possidendam nullo contradicatore inibi apparente, legitimis etiam et consuetis diebus in facie ejusdem moram protrahentibus. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam praesentes literas pendentes authentici sigilli munimine roboratas duximus concedendas. Datum sedecimo die diei introductionis et statutionis praenotatarum. Anno domini supradicto.

A leleszi convent által 1762. évi márczius hóban kiadott átraból a szelistyei nemeseknél, ugyan azoknál megvannak a 281. és 284. sz. a. között oklevelek eredetii is.

336.

1486. Deczember 3. *Szelistyei János a Vlaad fia és János a Juga fia nemesek eladnak Hathal Jánosnak és testvéreinek Iváskó, Nekita és Györgynek három telket, kettőt Szelistyén és egyet Mojszénban, egynként 40 arany forintért, oly kikötéssel, hogy vevők tartozzanak Vlaad Jánost minden husvéti és karácsonyi ünnepen kalúccsal és sz. Miklós napján jó ebéddel megvendégetni.*

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris notitiam praesentium habituris. Nicolaus Hosthffy praepositus ecclesiae sanctae crucis de Lelesz salutem in omnium Salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod nobilis Joannes filius condam Vlaad, et alter filius condam Juga de Zelysthye coram nobis personaliter constituti, onera et quaelibet gravamina, ipse Johannes

Vlaad, Nicolai, Theodori et Nykyte filiorum, ipse vero Joannes Juga, Petri, Joannis et Thomae consimiliter filiorum, aliorum etiam quorumlibet fratrum et consanguineorum suorum, quos scilicet infrascriptum tangeret negotium, ad eadem infrascripta inviolabiliter observanda in se assumendo, sponte et libere sunt confessi in hunc modum: Quomodo ipsi certis ipsorum agentis sublevando, ipse Iohannes Vlaad unam sessionem suam, in qua ad praesens Iohannes Hathal una cum fratribus suis infrascriptis resideret, in portione sua possessionaria in possessione Zelysthye praescripta, ipse vero Joannes Juga duas sessiones suas, unam earum jobbagonalem, in qua ad praesens quidam Nicolaus resideret, portione sua possessionaria in eadem possessione Zelysthye, reliquam vero earum desertam, aedificia habentem, in alia portione sua possessionaria in possessione Moyzin vocata, omnino in comitatu Maramuresiensi existente habitam adjacentes, simul cum cunctis singularum sessionum proventibus utilitatibusque et pertinentiis quibuslibet, terris utpote arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, foenetis, sylvis, nemoribus, rubetis, vepribus, Indaginibus, alpbis, transalpbis, aquis, fluviis, aquarumque decursibus, generaliter vero quorumlibet proventuum et pertinentiarum, utilitatum quovis nominis vocabulo vocatarum, ad singulas sessiones de jure et ab antiquo spectantium et pertinere debentium integritatibus, necnon omni eodem jure nobilitari, quibus ipsi easdem tenuissent et possedissent, praefato Joanni Hathal, necnon Ivasko, Nyikythe et Georgio fratribus eiusdem uterinis, ipsorumque haeredibus universis, in et pro singulis quadraginta florenis auri puri, uti nobis dictum exstitit, plene receptis ab eisdem et levatis, jure perpetuo et irrevocabilliter tenendas, possidendas pariter et habendas dedissent, donassent et contulissent. Imo dederunt, donaverunt, et contulerunt coram nobis, hac etiam conditione mediante per ipsum Joannem Vlaad adjecta, quod idem Joannes Hathal una cum fratribus suis praedictis, successivis temporibus annuatim in festivitatibus Paschae et Nativitatis Domini ad instar caeterorum jobbagonum ipsi Joanni Vlaad tortas in signum muneris adducere, et ipsum Joannem Vlaad in festo beati Nicolai confessoris, erga domum eorundem invitare, et in uno prandio honorifice tractare et hospitare debeant et teneantur. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam, praesentes literas, pendentis authentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum die Dominico proximo ante festum beati Ambrosii Doctoris Confessoris. Anno Domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto.

Közölte Vlad Alajos képviselő utóbb kir. táblai bíró ily című munkájában „Originea familiei Vlad” Lugos, 1865.

337.

1487. Márczius 12. Ilosvai Miklós a László fia magán szerződés mellett zálogba adja visszaváltási joggal Huszton lakó Nagy Albertnek 24 arany forintért Herincsén és Lipcsén levő részjóságait.

Nos Nicolaus de Iloswa filius condam Ladislai de eadem Iloswa fatetur per hec manu propria scripta: Quomodo nos pro quibusdam nostris negotiis ad presens urgentibus evitandis portiones nostras possessionarias, videlicet quatuor iobagiones in possessione Herenche et unam desertam, in Lipche unum iobagionem et unam desertam in Marmarosiensis comitatibus existentes habitas, simulcum cunctis proventibus, utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, terris utputa arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, fenetis, silvis, nemoribus, rubetis, montibus, vallibus, collibus, vepribus, indaginibus, virgultis, alpibus, transalpibus, aquis, fluviiis aquarum decursibus, molendinis et locis molendinorum, generaliter vero quorumlibet proventuum et pertinentiarum utilitatum, quovis nominis vocabulo vocitatarum, ad easdem nostras portiones possessionarias rite ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus Albertho Nagh in oppido Hwsth residenti in viginti quatuor florenis auri nobis per ipsum persolutis, plene ab eodem levatis et integre, pignori obligavi, imo impignoravi, tali modo, ut dum et quandocunque nos Nicolaus de Iloswa prescriptas portiones possessionarias ab eodam Albertho Nagh redimere vellet et valeret, extunc idem Albertus Nagh premissis viginti quatuor florenis auri puri rerum estimatione quarumlibet exclusa, plene et integraliter rehabilitis, eadem ipsi absque omni occasione et renitentia aliquall remittere debeat et teneatur resignare; assummens nihilominus ipse Nicolaus de Iloswa suis laboribus et expensis infra tempus redemptionis in pacifico dominio prescriptarum portionum possessionariarum eundem Albertum Nagh contra quoslibet iure mediante impetitores et causidicos iuridice protegere, tueri, et defensare. Presentem cirographum nostrum sub sigillo nostro proprio et autentico consignare ipsi supradicto Alberto Nagh

concessimus vigore et testimonio presentium mediante. Datum in festo beati Gregorii pape, Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo, (sic) octuagesimo septimo.

Közlé Kellemesi Melczer István: Okmányok a Kellemesi Melczer család levéltárából című gyűteményében Budapest 1890. 114. l.

338.

1487. Márczius 16. Buda. Corvin Mátyás király rendelete az iránt, hogy Szelistyei Hathal János és testvérei Ivasko, Nekita és György valamint Gorzó és fia Tamás beiktattassanak az 1486. évi december 3. kelt okirat szerint megvett három telek birtokába. A beiktatás ellenmondás nélkül történik.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris, notitiam praesentium habituris. Nicolaus Hosthfi praepositus et Conventus ecclesiae sanctae crucis de Lelesz salutem in omnium Salvatore, ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod nos literas serenissimi domini principis Mathiae Dei gratia etc. statutorias nobis directas, summo cum honore recepimus in haec verba: Mathias Dei gratia rex Hungariae, Bohemiae etc. fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelesz salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis fidelium nostrorum Joannis Hathal de Zelysthye, nec non Ivasko, Mykthye, et Georgii fratrum eiusdem Joannis uterinorum, item Gorzo de dicta Zelysthye et Thomae filii eiusdem: quomodo ipsi in dominium ipsorum, dicti videlicet Joannis Hathal, Ivasko, Mikithe et Georgii, quarumdem trium sessionum Jobbagonalium, unius Joannis Wlaad in praefata poossessine Zelysthye et duarum Joannis Juga, unius videlicet in eadem possessione Zelysthye existentis in qua ad praesens quidam Nicolaus resideret, et tertiae desertae aedificia habentis in possessione Moysin, siquidem Gorso et Thomas filius eiusdem, unius sessionis seu curiae nobilitaris dicti Joannis Juga, in praefata possessione Zelysthye omnino in comittatu Maramarosiensi existentis habitarum, ipsos exponentes perpetuo emtionis titulo concernentium legitime velent introire, super quo fidelitati vestrae firmiter praecipientes manda-

mus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo praesente unus ex electis et juratis nobilibus praedicti comitatus Maramarosiensis tamquam homo noster, ad facies praescriptarum sessionum Zelysthye et Moyzin, consequenterque praescriptarum sessionum nobilitarium et jobbagonalium in eisdem habitarum vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat praefatos exponentes in dominium earundem statuaturque easdem eisdem, simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, praemisso jure eisdem incumbenti, perpetuo possidendas si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatos exponentes ad octavas festi beati Georgii martiris nunc venturi, nostram personalem in praesentiam, rationem contradictionis eorum reddituros, et post haec huiusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum qui praemissae statutioni intererunt, nominibus, octavas ad praedictas eidem nostrae personali praesentiae fideliter rescribatis. Datum Budae feria sexta proxima ante dominicam Oculi. Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo. Nos vero praesertis praeceptis et mandatis domini nostri regis obediens ut tenemur, una cum Petro Nan de Zlatyna uno ex electis et juratis nobilibus praedicti comitatus Maramarosiensis tamquam homine ejusdem domini regis, unum ex nobis, videlicet fratrem Stephanum praesbiterum ad praemissa exequenda, nostro pro testimonio duximus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi, nobis conformiter retulerunt eo modo: quod ipsi feria secunda proxima post festum Paschae domini proxime praeteritum, ad facies praescriptarum sessionum nobilitariarum et jobbagonalium in iisdem habitarum, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis ac Danchul, Nemes, Thyvadar, ac Stephano Deak, Danthol atque Thyvadar Torkos de dicta Dragomerfalva, necnon Simone de Vissa, Andrea et Zthecz de eadem Vissa praesentibus accedendo, idem homo ejusdem domini regis, ipso nostro testimonio praesente introduxisset praefatos exponentes in dominium earundem, stauissetque easdem eisdem simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, praemisso jure eisdem incumbente, perpetuo possidendas nullo contradictore inibi apparente. Legitimis etiam et consuetis diebus in faciebus earundem moram protrahentibus. Datum sedecimo diei introductionis et statutionis praenotatarum. Anno Domini supradicto.

Közlé szelistyei Vlád Alajos, előbb képviselő, utóbb kir. táblai bíró ily czimü művében : Originea familiei Vlad Lugos 1865.

339.

1487. Junius 26. Sziget. A vármegye tisztikara és nyolcz választott nemese tanusítják, hogy nemes Sajói György és testvére Tamás zálogba adtak Joodi Groza Tamásnak két jobbágytelket, egyet Sajón, egyet Sajópolyánán 27. arany forintért.

Nos Stephanus castri Huszt. et Ioannes castelli Rona Castellani, Giulia Ficza vicecomes, et quatuor iudices nobilium, nec octo nobiles electi comitatus Maramorosiensis memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis: Quod nobilis Georgius de Sajo, cum Thoma fratre suo scilicet carnali, coram nobis personaliter constitutis, onera et quaelibet gravamina universorum fratrum, et consanguineorum suorum, quos scilicet praesens tangeret negotium, ad infrascripta inviolabiliter observanda in se assumendo proposuit, et sponte confessus est in hunc modum: Quomodo ipse necessitatibus suis evitandis duas sessiones Jobbagionales, unam in eadem Sajo, et aliam in Pojana possessionibus in comitatu Maramarosiensis habitas et existentes, simul cum cunctis utilitatibus et pertinencys quibuslibet, scilicet terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, sylvis, nemoribus, montibus, collibus, vallibus, valliumque promonthorys, alpihus, aquis, stagnis, fluvys, piscaturis et generaliter quarumlibet utilitatum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, ad eandem jure et legitime spectantibus et spectare debentibus, nobili Thomae Groza de lod, in et pro viginti septem florenis auri, ab eodem receptis et levatis, aestimatione rerum quarumlibet exclusa redimendae pignori obligasset, obligaveruntque coram nobis, tali vinculo interserto, ut dum et quando ipsi Georgius et Thomas dictas sessiones redimere valerent, extunc idem Thomas Groza rehabitis dictis viginti septem florenis in prompta pecunia, absque scilicet rerum quarumlibet aestimatione eadem eisdem sine litigio et juris processu remittere debeat et teneatur, assumserunt nihilominus iidem Georgius et Thomas, annotatum Thomam Groza in pacifico dominio praescriptarum sessionum tueri et defensare

propris suis laboribus et expensis, vigore et testimonio praesentium mediante. Datum in Szigeth in sede nostra judiciaria feria tertia videntur post Ioannis Baptistae, Anno domini millesimo, quadringentesimo octuagesimo septimo.

Sajópolyánai Giurgiu Ursu, Kálinalvi Giurgiu András és a Tenkis nevet viselő család más tagjai productionalis perénél lévő átiratból a vármegye levéltárában III. 1784/46.

340.

1487. November 20. Buda. Az ország birájának rendelete a Leleszi Conventhez az iránt, hogy Dolhai György, László, Péter és Miklós, Dolhai János és más Péter, Veresmarti Bertalan, Szlatinai Péter Nan, Visói András, Barszán és Bedei Sándrin újból megidéztessenek, hogy a Bélteki Drágfi Bertalan által peressé tett Bodó, Bélavár, Felső-Apsa, Karacsonfalva, Fejéregyház, Batiza, Sajó, Lonkúra és két Visó birtokokra vonatkozó okiratokat felmutassák.

Amicis suis reverendis conventui ecclesiae de Lelez comes Stephanus de Bathor iudex curiae serenissimi principis domini Mathiae Dei gratia regis Hungariae, Bohemiae (Croatiae etc.) amicitiam paratam cum honore. Quod cum ob contradictoriam inhibitionem statutionis possessionum Bedehaza, Belovar Felső-Apsa, Karacsonfalva, Fejéregyház Batizfalva, Sajó, Oroszfalu, Rona et utrumque Visso vocatarum in comitatu Maramarosiensi existentium (magnificum) Bartholomeum Dragfy de Beltek ut dicitur (jure) haereditario concernentium idem Bartholomeus (Dragfy) evocationis modum observando Georgium, Ladislaum (Petrum) et Nicolaum ac Iohannem (et alterum Petrum) de Dolha, Bartholomeum (de Veresmarth, Petrum Nan) de Zlatina, Andream de (Viso, Borzan dictum) et Sandrinum de Bedeu (ad octavas beati Georgii) martyris in Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto transacto praeteritas (nostram) in praesentiam traxisset in causam, et ab eisdem octavis causa partium praescriptae partes inter easdem prorogator ventilata ad octavas festi beati Michaelis Archangeli in anno proxime

transacto praeteritas dilativa devenisset. Quibus instantibus Georgius de Doba pro ante fato Bartholomeo Dragfy de Beltek actore cum procuratoris literis praefati domini nostri regis nostram veniens in praesentiam, rationem praemissae contradictoriae inhibitionis assignari postularat coram nobis per in causam attractos praenatos. Quo audito Georgius de Oroszy pro annotatis Georgio Ladislao, Petro, Nicolao, Ioanne et altero Petro de Dolha ac alys praedictis in causam attractis cum procuratoris literis vestris in nostram exurgendo praesentiam responderat ex adverso: Quomodo tempore praemissae possessionariae stationis antefato Bartholomeo Dragfy actori fiendae in personis eorundem in causam attractorum pro eo facta extitisset contradictio praenotata, nam iidem in causam attracti super praemissis possessionibus, efficacissimas haberent literas et literalia instrumenta, quas et quae non attunc, sed in termino ulteriori per nos eisdem dando coram nobis producere et exhiberi prompti essent et parati. Pro eo his perceptis iudicando commiseramus eo modo, ut annotati Georgius, Ladislaus, Petrus, Nicolaus, Ioannes et alter Petrus de Dolha ac aly praetacti in causam attracti universas literas et literalia ipsorum instrumenta, si quos et quae in facto praescriptarum possessionum pro ipsorum parte haberent confectas et emanata, in octavis festi beati Georgy martyris tunc venturi coram nobis producere et exhibere deberent et tenerentur contra actorem praenotatum, quibus visis iudicium et iustitiam facere velleremus inter partes in praemissis dictante juris equitate. A quibus quidem octavis dicti festi beati Georgy martyris instrumentalibus exhibitio partes inter easdem seriebus literarum nostrarum prorogatoriarum protelata ultimate ad praesentes octavas festi beati Michaelis archangeli dilativa devenisset. Tandem ipsis octavis instantibus Georgius, Ladislaus, Petrus, Nicolaus, Ioannes et alter Petrus de Dolha, Bartholomeus de Veresmarth Petrus (Nan) de Zlatina, Andreas de Viso, Barzan dictus, et Sandrinus de Bede in causam attracti per praefatum Georgium de Doba legitimum procuratorem dicti Bartholomei Dragfy actoris congruis diebus coram nobis expectati praemissas litteras et litteralia ipsorum instrumenta per eosdem exhiberi assumptas et assumpta exhibituri nostram in praesentiam non venerunt, neque miserunt se mediantibus aliis literis nostris iudicialibus exinde confectis in iudicys aggravari permittent Postulans praefatus procurator dicti Bartholomaei actoris eidem ex parte memoratorum in causam attractorum per nos in praemissis iudicium et iustitiam elargiri, et quia praefati Georgius, Ladislaus, Petrus, Nicolaus,

Ioannes et alter Petrus de Dolha et aly in causam attracti ad praemissa videbantur, pro eo vestram amicitiam praesentibus petimus diligenter quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo praesente unus ex juratis electis nobilibus dicti comitatus Maramarosiensis, tamquam homo regius, memoratos Georgium, Ladislaum, Petrum, Nicolaum, Ioannem et alterum Petrum de Dolha et alios supra nominatos praemissas literas et literalia ipsorum instrumenta exhibituros ac de iudicys triginta marcarum nobis et parti adversae satis facturos contra annotatum Bartholomeum Dragfy de Beltek actorem ad octavas festi beaty Georgy martyris nunc ventury regiam evocet in praesentiam. Et post haec hujusmodi evocationis seriem cum evocatorum nominibus, ut fuerit expediens octavas ad praedictas dicto domino nostro regi fideliter rescribatis. Datum Budae quadringentesimo nono die octavarum festi beaty Michaelis archangeli praedictarum. Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo. *Relationis tandem desuper confectae contentus is est:* Nos itaque praeinsertae petitioni praefati domini comitis Stephani de Bathor iudicis curiae vestrae serenitatis annuentes ut tenemur, una cum Georgio Monaila de Barthfalva uno ex electis et juratis nobilibus dicti comitatus Maramarosiensis tamquam homine eiusdem vestrae serenitatis unum ex nobis videlicet fratrem Ioannem presbyterum juniorem ad praemissa exequenda nostro pro testimonio duximus destinandum, qui demum exinde ad nos reversi nobis ad fidem, eorum praestitam uniformiter retulerunt eomodo, quod idem homo vestrae serenitatis ipso nostro testimonio praesente, feria tertia proxima post festum beatorum Tiburcy et Valleriany martirum proxime praeteritum memoratos Petrum Nan de Zlatina in Also-Rona, tandem feria quarta (inmediate) sequenti (Andream) de Wyssso in eadem Wyssso, Baarzan dictum in eadem Baarzan, Sandrinum, Petrum et Nicolaum, ac Ioannem et alterum Petrum de Dolha in Zurdok, postremo feria quinta (inmediate) sequenti Bartholomeum de Veresmarth in Zarvazo possessionibus quemlibet videlicet eorum in portione sua possessionaria in eisdem habita praemissas literas et literalia ipsorum instrumenta exhibitur ac de iudicys triginta Marcarum praefato domino comiti et parti adversae contra (magnificum) Bartholomeum Dragfy de Beltek actorem ad dictas octavas festi beaty Georgy martyris nunc venturi vestrae serenitatis evocasset in praesentiam Evocationis praenotatae. Anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo octavo.

Leleszi Convent (Actorum No. 8.) Másolat Petrovay Györgytől, meg van a sajiói Mán család iratai közt is. Fejéregyházáról nemességet igazoltak 1752. évben a Mojs (1435.) Zsák, Hrin, Stepanka; 1763—1768. években az Alb (1580.) Popsa (1593.); 1763—1769. években a Dancs alias Pap (1529.) családok és az Orosz család III. 1783/42.

341.

1488. Julius 8. A leleszi convent igazolja, hogy Stana nemes asszony Leordinai Urda Mihály özvegye Leordinai, Rozaliai és Polyánai részjóságait leányainak Maruska és Katalin nemes asszonyoknak 150 arany frtért zálogba adta.

Nos Nicolaus Hostfy praepositus et conventus ecclesiae sanctae crucis de Lelesz memoriae commendamus, quod nobilis Domina Stana¹⁾ vocata, relicta quondam Michaelis Urda de Leordina²⁾ coram nobis personaliter constituta, est confessa in hunc modum: quomodo ipsa pro quibusdam necessitatibus suis sublevandis directas tres partes sessionis nobilitaris ac tres sessiones jobagionales in quarum una Ostas, in secunda quidam Ioannes et in tertia Labor ad praesens residerent in dicta Leordina, necnon consimiliter tres aequales partes totalium portionum possessionariarum praefati quondam Michaelis Urda in Rozalia et Polyana possessionibus vocatis, omnino in comitatu Maramarusiensi existentibus, adiacentes apud manus ejusdem Dominae Stana pro dote et rebus parafernalibus suis sibi de eisdem bonis et iuribus possessionariis juxta huius regni Hungariae consuetudinem provenisse debentes, relictas et habitas, simul cum tribus partibus molendini intra metas eiusdem possessionis Leordina devolventis, necnon cunctis aliis proventibus, utilitatibusque et pertinentiis quibuslibet, terris utputa arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, fenetis, silvis, nemoribus, rubetis, aquis, fluviis, alpibus, transalpibus generaliter vero quorumlibet proventuum et pertinentiarum utilitatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis ad easdem tres partes sessionis nobilitaris ac tres sessiones jobagionales et tres partes dictarum totalium portionum possessionariarum de iure et ab antiquo spectantium et pertinere debentium integritatibus, nobilibus dominabus Maruska et Catharina vocatis, filiabus videlicet suis ex dicto quondam Michaele

Urda susceptis in et pro centum et quinquaginta florenis auri puri, uti nobis dictum extitit plene receptis ab eisdem et levatis, pignori obligasset et inpignorasset, imo pignori obligavit et inpignoravit coram nobis tali modo, ut dum et quandoquunque hii quorum redemptio magis competit, praescriptas singulas tres partes sessionis nobilitaris et totallium portionum possessionariarum ac sessiones jobagionales ab eisdem dominabus Maruska et Catharina redimere vellent et valerent, extunc redimendi habeant facultatem, eademque dominae Maruska et Catharina praemissis centum et quinquaginta florenis auri puri, rerum aestimatione quarumlibet exclusa, plene et integraliter rehabitis, easdem singulas tres partes et sessiones jobagionales talibus redimere volentibus absque omni occasione et renitentia aliquali remittere debeant et teneantur resignari, assumendo nihilominus ipsa domina Stana suis laboribus et expensis infra tempus redemptionis in pacifico dominio praescriptarum trium partium sessionis nobilitaris ac portionum possessionariarum et sessionum jobagionalium easdem Dominas Maruska et Catharina contra quoslibet jure mediante inpetitores et causidicos juridice protegere tueri et ubique expedire, vigore et testimonio presentium literarum nostrarum mediante. Datum feria tertia proxima ante festum beatae Margarethae virginis et martiris anno Domini Millesimo quadringentesimo octvagesimo octavo.³⁾

1) Stana=Constantina.

2) A nemes Urda család mai nap is birtokos Leordinán.

3) Leleszi Convent (Protocollí Actorum Anni 1764. folio 126.).

342.

1488. Október 14. Sziget. A vármegye tisztviselői igazolják, hogy miután Rodnai Jaczkó azzal vádolta Váncsfalvi Györgyöt és ennek testvérét Mihályt, hogy ezek a Jaczkó testvérét megölték, vádlottak ötven tanu hit alatti kihallgatásával magukat ártatlanoknak igazolták.

Nos Ambrosius castelli Rona castellanus et Gyvficza vicecomes comitatus Maramorosiensis nec non Lazarus Jodi, Johannes Radol, Cozma Thivadar de Kezepsé Apsa, Simon de Vglya quatuor iudium, ac octo jurati et electi nobiles dicti comitatus memorie commendamus universis quibus expedit, quod licet inter Georgium de Wanchfalwa et Michaelem de eadem fratrem videlicet eiusdem Georgii ab una, parte vero ab altera inter Jaczko de Rodna dira fuit controversionis materia orta interempcionis Johannis Goyha fratris dicti Jaczko, quem Johannem Goyha dictus Jaczko asserebat a prefatis Georgio et Michaele fratre suo interemptum fuisse, in super quod comites dicti Georgius et Michael ad domum prefati fratris sui duxissent, quare jam fatus Georgius et Michael de innocencia quod dictum Johannem Goga fratrem dicti Jaczko non interemerunt, nec quovismodo in interfeccione participes fuerunt, nec eciam comites ad domum ipsius duxerunt, quinquagesimorum Juramentum coram nobis deponentes, se expurgaverunt, de quo dictus Jaczko prefatos Georgium et Michaelem de Vanchfalwa quietos et expeditos commisit. Tali vinculo inter eosdem posito, quod si aliqua parcium prefatam rem in cursu temporum moveret, tunc pars illa parti tolleranti in emenda capitis convincatur eo facto. Ad cuius rei testimonium presentes nostras sigillis nostris munitas concessimus litteras. Datum Zigeth feria tertia ante festum beati Luce evangeliste. Anno domini millesimo quadringentesimo octvagesimo octavo.

Papirra irt és öt pecséttel ellátott eredetiből Jura Jánosnál.

343.

1489. Január 25. Felső-Visói Nán fia nemes Szteczko testvéri szeretetből Szelistyei Vlaad János és Juga János nemeseknek ajándékozta Mojszin birtoknak fele részét Valkahavas, Cherhavas, Lukácshavassal és Stolhavas fele részével.

Omnibus Christi fidelibus praesentibus pariter et futuris, notitiam praesentium habituris. Nicolaus Hosthffy praepositus ecclesiae sanctae Crucis de Lelesz salutem in omnium Salvatore, ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire: quod nobilis Zteczko dictus filius condam Nan de Felső Visso, cuius notitia nos Michael de Petrova et Andreas Kricsfalus assecurarunt, coram nobis personaliter constitutus, onus et quodlibet gravamen Ivanko filii sui ad infrascripta inviolabiliter observanda in se assummente, sponte et libere est confessus in hunc modum: Quomodo ipse ob sinceram fraternalem amorem, quam erga nobiles Ioannem Vlaad et alterum Ioannem Iuga de Zelysthye, fratres suos gerit et habet specialem, directam et coaequalem medietatem possessionis Moyzin vocatae in comitatu Maramarosiensi existentis, habitam utputa portionem suam in eadem portione spectantem, simul cum cunctis proventibus utilitatibusque et pertinentiis quibuslibet, terris utpote arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, fenetis, collibus, aquis, fluviis, aquarumque decursibus, item integris alpibus Valkahavassa, Cherhavas, Lukatshavas et medietate alpibus Sthol vocati: generaliter vero quorumlibet proventuum et pertinentiarum, utilitatum quovis nominis vocabulo vocatarum, ad eandem medietatem possessionis Moyzyn de iure et ab antiquo spectantium et pertinere debentium integritatibus praefato Ioanni Vlaad et alteri Ioanni Iuga fratribus suis, ipsorumque haeredibus et successoribus universis, in sortem praescriptae fraternalis dilectionis omni iure perpetuo irrevocabiliter tenendam possidendam pariter et habendam dedisset et contulisset, imo dedit et contulit, nil juris, nilque domini proprietatem in ea medietate possessionis Moyzin, sibi aut successoribus suis universis reservando sed totum et omne jus, omnemve juris et domini proprietatem in eisdem, utrumque Ioannem, et eorum successores universos transferendo, pleno iure coram nobis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam praesentes litteras pendentis authentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum in festo

conversionis beati Pauli Apostoli. Anno Domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo nono.

Közlé Vlad Alajos képviselő, utóbb kir. táblai bíró ily című munkájában „Originea familiei Vlad” Lugos 1865.

344.

1489. Február 13. Buda. Országbirói, rendelet a leleszi conventhez az iránt, hogy Váncsfalvi Sándrin és neje Sándra asszony Váncsfalva egy harmada fele része birtokába beiktattassanak.

Amicis suis reverendis conventui ecclesiae de Lelesz, comes Stephanus de Bator, iudex curiae serenissimi principis domini Mathiae Dei gratia regis Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc. Ducisque Austriae amicitiam paratam cum honore. Dicitur nobis in personis Sandrini de Wanchfalva et Dominae Sandra¹⁾ vocatae, consortis ejusdem, quomodo ipsi in dominium medietatis tertiae partis ejusdem possessionis Vanchfalva vocatae in comitatu Maramarosiensi existentis ipsos exponentes omnis juris titulo concernentis legitime vellent introire. Super quo vestram amicitiam praesentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente unus ex electis juratis nobilibus dicti comitatus Maramarosiensis, tamquam homo regius quem nos Illac ad id juxta vim et formam generalis novi decreti²⁾ serie praesentium recedere petimus, ad faciem dictae possessionis Vanchfalva consequenterque medietatis dictae tertiae partis ejusdem, vicinis et conmetaneis ejusdem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat praefatos exponentes in dominium medietatis dictae tertiae partis ejusdem possessionis, statuaturque eandem ejusdem, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet ad eandem de jure spectantibus, praemisso titulo ipsis incumbente perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet eosdem contra annotatos exponentes ad terminum competentem regiam in praesentiam, rationem contradictionis eorum reddituros, et post haec hujusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum

si qui fuerint vicinorumque et conmetaneorum qui praemissae stationi intererunt, nominibus terminoque assignato ut fuerit expediens, dicto domino nostro regi fideliter rescribatis. Datum Budae feria quinta proxima post festum beatae Scholasticae virginis et Martyris. Anno Domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo nono.³⁾

1) Sandra=Alexandrina.

2) „Juxta vim generalis novi decreti“...vonatkozik az u. n: „decretum majus“, vagyis 1486. évi törvényczikre, melynek 8 czime szerint minden vármegye kötelezve lett, hogy 8—10—12 egyént válasszon előbbkelői közül, kik eskü alatt tartottak a „homo regius“ kötelezéseit teljesíteni.

3) Leleszi Convent (Statutoriarum V. No. 6.)

345.

1489. Május 28. Vetési Jakab és testvérei Máté és Gergely elismerik, hogy Urmezei Péter özvegye Brigitta hozományára nézve, mely őket a Beleznai és kövesligeti részjóságból illetné, Beleznai Tegze Pál és Sándrin fia Péter által teljosen kielégítettek.

Nos Nicolaus de Hosthfy prepositus et conventus ecclesie sancte Crucis de Leles memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod egregius Jacobus de Wethes coram nobis personaliter constitutus, onera et quelibet gravamina Mathei et Gregory de eadem Wethes fratrum suorum carnalium ad infrascripta inviolabiliter observanda in se assumptendo, sponte et libere est confessus in hunc modum, quomodo Paulus Thegze de Belezna ac Petrus filius condam Sandrini similiter Thegze de dicta Belezna, de et super dote et rebus parrafernalibus condam nobilis domine Brigide relicte condam Petri de Wrmezew filie videlicet condam Ladislai filij Pauli de dicta Wethes, eisdem Jacobo, Matheo et Gregorio de Wethes per mortem eiusdem domine Brigide de porcione possessionaria dicti condam Petri de Wrmezew (in possessione) dicta Belezna ac duabus sessionibus jobagonalibus eiusdem Petri in Kewesligeth possessionibus vocatis, omnino in comitatu Maramarosiensi existentibus, nunc apud manus prefatorum Pauli ac Petri Thegze habitis, provenire debentibus, plenam et omnimodam impendissent satisfaccionem.

Superqua quidem satisfaccione ipse Jacobus de Wethes ad plenum contentus eosdem Paulum et Petrum Thegze de et super eisdem dote et rebus paraffernalibus ac solucione et satisfaccione eorundem quietos reddidisset et commisisset expeditos, imo quietos reddidit et expeditos commisit coram nobis. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes literas pendentis autentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum in festo ascensionis Domini anno eiusdem Millesimo quadringentesimo Octuagesimo nono.

Pergamenre irt eredetiből Dr. Tegze Miklós ügyvédnél Bereznán, a függő pecsét hiányzik, az irás elmosódott.

346.

1489. Október 8. A leleszi convent előtt néhai Ilosvai László fia Miklós herincsei három jobbágy telket, egy puszta telket és egy más jobbágy telket melyen egy ruthén pap lakik, továbbá két jobbágy telket Lipcsén zálogba ad Huszton lakó Terenyyei Albert deáknak 50 arany forintért visszaváltási joggal.

Nos Nicolaus Hothfy prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez memorie commendamus, quod nobilis Nicolaus filius condam Ladislai de Iloswa coram nobis personaliter constitutus, onera et quelibet gravamina universorum fratrum et consanguineorum suorum, quos infrascriptum tangeret negotium ad infrascripta inviolabiliter observanda in se assumens est confessus in hunc modum: Quomodo ipse pro quibusdam necessitatibus suis sublevandis quinque sessiones suas jobagionales et unam desertam, tres earum et, dictam unam desertam in porcione sua possessionaria in possessione Herynche, nec non duas earum in alia porcione sua possessionaria in Lypche vocatis omnino in comitatu Maramarosiensi existentibus adiacentes, simul cum una sessione jobagionali, in qua quidam Rutenus presbiter ad presens resideret et in quantum ipsum concerneret intra metas dicte possessionis Herynche existentes nec non cunctis proventibus utilitatibusque et pertinentiis quibuslibet, terris utputa arabilibus cultis et incultis, aquis, pratis, pascuis, fenetis, silvis, nemoribus, rubetis, aquis, fluviis,

generaliter vero quorumlibet proventuum et pertinentiarum utilitatum, quovis nominis vocabulo vocitatarum ad easdem sessiones jobagionales et desertam de jure et ab antiquo spectantium et pertinere debentium integritatibus, Alberto literato de Therennj in oppido Hwsth residenti in et pro quinquaginta florenis auri puri, uti nobis dictum extitit, plene receptis ab eodem et levatis pignori obligasset et impignorasset, imo pignori obligavit et impignoravit coram nobis tali modo, ut dum et quandocunque ipse Nicolaus de Iloswa prescriptas sessiones jobagionales et desertam ab eodem Alberto literato redimere vellet et valeret, extunc redimendi habeat facultatem, idemque Albertus literatus premissis quinquaginta florenis auri puri, rerum estimatione quarumlibet exclusa, plene et intergraliter rehabilitis, easdem sessiones jobagionales et desertam ipsi Nicolao de Iloswa absque omni occasione et litium scrupulo remittere debeat et teneatur resignare, assummens nihilominus ipse Nicolaus de Iloswa suis laboribus et expensis infra tempus redemcionis in pacifico dominio prescriptarum sessionum jobagionalium et deserte eundem Albertum literatum contra quoslibet jure mediante impeditores et causidicos juridice protegere, tueri et ubique defensare, quod si facere non posset, (extunc idem) Albertus literatus alias portiones possessionarias ipsius Nicolai de Iloswa ubilibet habitas, prescriptis possessionibus fructuositate et valore equivalentes solum vigore presentium in eisdem quinquaginta florenis auri premissis titulo pignoris infra tempus dicte satisfactionis eorumdem pro se occupare possit et habeat facultatem; ad que premissa standi ipse Nicolaus de Iloswa se personali sua astantia, dictos vero fratres et consanguineos suos ad onera preassumta spontanea obligavit voluntate coram nobis vigore et testimonio presentium literarum nostrarum mediante. Datum feria quinta proxima post festum beati Francisci confessoris. Anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo nono.

Közlé Kellemesi Melzer István: „Okmányok a Kellemesi Melzer család levéltárából” című gyűjteményében. Budapest, 1890. 119. l.

347.

1490. Február 11. Sziget. A vármegye tisztviselői igazolják, hogy Kalina asszony a néhai Vánicsfalvi Váncs György édesanyja zálogba adott a megölt Vánicsfalvi Dán két fiának Lupsának és Dánnak két námfalvi jobbágy telket, melyet a néhai Váncs György rokonai Vánicsfalvi Váncs György és Mihály magokhoz váltottak; a ki tehát a két telekhez erősebb jogot kíván érvényesíteni, tartozik ezeknek a zálogos összeget megtéríteni.

Nos Andreas de Krichfalva Vicecomes et quatuor iudices nobilium videlicet Johannes Bank de Zarvazo, Tomas Joody, Demetrius Perse, Petrus Naan, nec non octo jurati ac electi nobiles comitatus Maramarosiensis damus pro memoria; quod temporibus jam diu retrofluxis dum homagium Interempti Dan de Vanchfalva, filius ejusdem Lupsa nomine, fraterque ejusdem Dan nomine quaerebant de portione possessionaria quondam Georgii Vanch de dicta Vanchfalva, quam quidem portionem possessionariam, quam pro tunc domina Kalina materna dicti Georgii Vanch regebat, quaerebatur etiam super et ratione illius, quia praefatus Dan de Vanchfalva per annotatum Georgium de eadem Vanchfalva interemptus fuisse dinoscebatur. Quamobrem duas sessiones jobbagionales in Nanfalva dicta, domina Kalina una cum aliis fratribus praefati Georgii Vanch in homagium Dan interempti in viginti florenis auri pignori obligaverant, simul cum cunctis suis utilitatibus filio Dan interempti Dan vocato fratrique ejusdem Lupsae, quoad redimere possent. Quare et nunc coram nobis modernus Georgius Vanch de eadem, una cum fratre suo Michaeli Vanch, affines et consanguinei saepesati Georgii Vanch illas duas sessiones in praefata Nanfalva existentes, et pignori obligatas iterato ad se redemerunt, simul cum cunctis suis utilitatibus videlicet agris, pratis, cultis et incultis, foenetis, pascuis, aquis, stagnis, montibus, alpebus quibuscumque utilitatibus quovis nominis vocabulo vocatis, iterum in viginti florenis auri in prompta pecunia hoc adjecto: quod si aliqui illas sessiones ad se redimere vellent, et majorem veritatem, et rei verificationem juxta illas sessiones haberent, extunc teneantur absque omni recusa illos viginti florenos in prompta pecunia et aestimatione rerum quarumlibet exclusa, dictis Georgio Vanch et Michaeli fratri

ejusdem persolvere. Tandem et ipsi Georgius et Michael teneantur illas sessiones eidem remittere sine occasione. In cujus rei testimonium praesentes nostras sigillis nostris munitas concessimus litteras. Datum in Zigeth feria tertia in festo Apolloniae Virginis. Anno Domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo.

Calina=Kalinikia görög név.

A váncsfalvi nemes Godzsa család productionalis peréből, a vármegye levéltárában III. 1784j50.

348.

1491. Julius 31. Székes-Fejérvár. Ulászló király rendelete az ország összes hatóságaihoz az iránt, hogy a Szt.-Mihály archangyalról czimzett monostorban Máramarosban lakó János a Ruthenek püspöke és az ő egyháza részére eső járandóságok fizetésére az egyházi hatóságnál alatt lévő ruthen papok és keleti valláson lévő telepesek a régi szokáshoz képest köteleztessenek.

Vladislaus Dei gratia rex Hungariae et Bohemiae etc. fidelibus nostris universis et singulis praelatis, baronibus, comitibus, castellanis, nobilibus, ipsorumque officialibus. Item civitatibus, oppidis et villis, earumque rectoribus, iudicibus scilicet et villicis, ac alterius cuiusvis status et conditionis hominibus in hoc regno nostro Hungariae ubivis constitutis et commorantibus, praesentes visuris salutem et gratiam. Exposuit nobis fidelis noster reverendus Ioannes Episcopus Ruthenorum¹⁾ in claustrum beati Michaelis archangeli in Maromarus, ritu Graecorum fundato commorans gravi cum querela. Qualiter in bonis et possessionibus vestris et in medio vestri plurimi Rutheni praesbyteri, et plurimi item coloni Graecam fidem tenentes et sub jurisdictione sua existentes commorarentur, qui proventus sibi et dictae ecclesiae suae, ex vetusta consuetudine provenire debentes reddere et restituere difficultarent. In grave praepjudicium iurium eiusdem ecclesiae suae, et damnum valde magnum. Et quia nos pati nolumus, ut idem exponens, et dicta ecclesia sua, solitis et justis suis proventibus destituatur. Mandamus idcirco fidelitati vestrae, et vestrum cuilibet

praesentium serie strictissime, quatenus a modo imposterum praefato exponenti, et dictae ecclesiae suae, per praenominatos Ruthenos praesbyteros et colonos Graecam fidem, ut praefertur, tenentes, ubivis in praescriptis bonis et possessionibus vestris et in medio vestri commorantes, de omnibus proventibus et obventionibus suis locis debitis et temporibus semper opportune respondere, et responderi facere modis omnibus debeatis et teneamini. Aliud non facturi. Praesentibus perlectis, exhibenti restituti. Datum in suburbio civitatis nostrae Albae regalis die dominica proxima ante festum ad vincula beati Petri apostoli, anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo primo. Regnorum nostrorum Hungariae etc. Anno secundo, Bohemiae vero vigesimo primo²).

1) Ezen János az első kit az oklevelek mint munkácsi püspököket említnek. Lábd az ugyanezen napon kiállított s a munkácsi egyház joghatósága alá tartozó clerushoz intézett rendeletet, közölve Basilovics Joannicius, basilita szerzetes és a munkácsi Csernekhegyi monostor főnöke által (Brevis Notitia I. p. 21.) Ugyancsak utánna közöljük itt a munkácsi monostor alapító levelét, mely monostor utóbb püspökséggé fejlődött :

„Nos Theodorus Keriatovich. Dei gratia dux de Munkacs universis et singulis, tam praesentibus quam futuris, praesentes visuris, harum serie patefacimus. Quod nos pro salute animae nostrae fecimus construere et aedificare monasterium sancti Nicolai episcopi et confessoris, prope oppidum nostrum Munkacs, quod ad ritum et morem Graecorum vel Ruthenorum consecrare: et ad idem monachos ruthenos constituimus, qui in perpetuum ibi Domino serviant, et ad sustentationem eorundem monachorum Ruthenorum de nostris propriis bonis dedimus et donavimus duas possessiones, villas Bobovische et Lauka, cum omnibus proventibus et contributionibus, ab antiquis temporibus ad easdem de jure provenire debentibus, simul cum decimis frugum et vinorum, ac Bobovysche cum fluvio et molendino. Ita quod de eadem Bobovysche omni anno teneantur dare sex porcos eisdem monachis, et de Lauka omni anno quatuor porcos. Deinde vero decimas vinorum de monte Ivány-hegy, et similiter de monte qui vocatur Lelychoka, in metis ejusdem oppidi nostri Munkacs, cum aliis monticulis: à monte Lelychoka usque ad Monasterium adjacentibus decimas vinorum concessimus eidem Claustro: et etiam decimas frugum et aliorum de campo illius villae, quae vocatur Orozvig in eadem Munkacs existentis versus monasterium omnino concessimus praedicto claustro: et etiam de eadem Orozvig omnibus annis teneantur dare eisdem monachis septem porcos: Item de proventibus ejusdem castris nostri Munkach teneantur dare fruges decem cubulos, et totidem siliginis, et quatuor vasa vini, et centum sales, et centum florenos longos. Item ista omnia praescripta dedimus, donavimus et contulimus perpetue et irrevocabiliter tenenda, possidenda, pariter et habenda praedicto claustro nostro, pro refrigerio animae nostrae, quod nos fundavimus, ubi etiam sepulchrum nostrum collocari fecimus. Ita etiam confirmavimus: quod quicumque ex filiis, aut generationibus, vel posteritatibus nostris, vel aliqui alii istam donationem nostram non observaret, vel contradiceret, aut praedicto claustro persolvere

nollet, ex tunc ipse coram omnipotenti Deo cum anima nostra item habeat protrahendi. In cuius rei firmitatem et perpetuitatem praesentes literas nostras sigilli nostri appensione roboratas, eidem claustro nostro duximus roboratas. Datum in Munkacs octavo die Mensis Martii Anno Domini M. CCC. LX.

²⁾ A gyulafehérvári (rom. cath.) káptalan levéltára őrei által 1721. évben kiadott átiratból. Közölte A. T. Laurian (Magas'n istoric III. k. 170 l.) és A. Saguna püspök (Adaus la promemoria 1850.)

349.

1492. Augusztus 5. Buda. Ulászló király rendelete a leleszi conventhez az iránt, hogy keresse ki levéltárából azon okiratot, mely a Bereznai Thegze Sándrin és Pál által megvett Bereznai és Kövesligethi részbirtokokra vonatkozik. Ezen rendelet folytán a convent átírja az 1475. évi január 31-én kelt örökvallási oklevelet.

Nos Nicolaus Hosthfy prepositus et conventus ecclesie sancte Crucis de Lelez. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod nos literas serenissimi principis domini Wladislai Dei gracia regis Hungarie, Bohemie etc. requisitorias nobis directas, sumpmo cum honore recepimus in hec verba. Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis fidelium nostrorum Sandrini et Pauli Thegze de Belezna, quod quedam litere vestre fassionales pariter emtionales necnon statutorie et alie non nulle, super facto certarum porcionum possessionariarum nobilium Andree, Iohannis et Georgy de Bilke ac Iohannis et Lazary de Wrmezew in possessionibus Belezna predicta et Keweslygeth appellatis in comitatu Maramarosiensi existentibus habitatum, ipsos exponentes perpetue emcionis titulo concernencium emanate, ab eisdem exponentibus casualiter forent deperdite et alienate, huiusmodique literarum paria in vestra sacristia et conservatorio ecclesie vestre more solito reposita haberentur et locata, quibus nunc ydem exponentes pro tuicione iurium suorum sumpme indigerent. Super quo fidelitati vestre harum serie firmiter precipiendo mandamus, quatenus receptis presentibus prescripta paria antedictarum literarumstrarum fassionaliu, emtionaliu, statutoriarum et aliarum predictarum in

dicta sacristia et conservatorio ecclesie vestre diligenter perquirere et invenire faciendo, perquisitarumque et inventarum si eadem factum premissarum porcionum possessionariarum contigerent, consequenterque antedictos exponentes rite et legitime concernerent sic transscripto literarum vestrarum more solito emanari facere et prefatis exponentibus extradari debeatis et teneamini, jurium eorundem ad cautelam, caventes tamen ne fraus aut dolus in hac parte oriatur aliqualis, secus non facturi. Datum Bude in festo Beate Marie de Nive. Anno Domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo. Nos vero preinsertis preceptis et mandatis prefati domini regis obediens ut tenemur prescripta paria antedictarum literarum fassionarium emtionalium in dicta sacristia et conservatorio ecclesie nostre diligenter perquirere et invenire facientes hunc tenorem continencia. Omnibus Xri fidelibus etc. (vide sub No. 304.) Perquisitorumque et inventorum tenorem, bona eadem et factum premissarum porcionum possessionariarum tangere, consequenterque ante dictos exponentes rite et legitime concernere agnoscentes, in transscripto harum literarum nostrarum more solito emanari facere, et prefatis exponentibus extradare fecimus, jurium eorundem ad cautelam, absque fraude et dolo aliquali. Datum in vigilia festi beati Laurency martiris. Anno Domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo.

Pergamenre irt eredetiből Dr. Thegze Miklós ügyvédnél Berezsnán. A függő pecsét hiányzik.

350.

1494. Február 17. Buda. II. Ulászló király átírja és megerősíti Corvin Mátyás király ítélő levelét Budfalvi Simon, János, Pinte és Opressavana perében Kálinfalvi György és számos társai ellen, kik Kamarzánfalvát és Budfalván egy jobbágy telket önhatalmulag elfoglaltak. Megerősíti továbbá az ezen birtokokba való visszaiktatásról szóló levelet is.

Nos Wladislaus Dei gracia rex Hungariae, Bohemiae etc. memoriae commendamus tenore praesencium significantes quibus expedit univervis, quod nobis in octavis festi Epiphaniarum Domini, una cum

non nullis dominis praelatis, baronibus, magistrisque prothonotariis et sedis nostrae iudicialiae moderativo iudicio causantium In eadem sede nostra tribunali sedentibus, nobilis Simon Bwd de Bwd-falwa personaliter in sua, ac Iohannis similiter Bwd, et Pynthe necnon alterius Iohannis, Opressewana dicti de eadem Bwdfalwa, nominibus et in personis, nostram personaliter venientes in praesentiam, quasdam duas literas principis condam domini Mathiae regis Hungariae predecessoris nostri immediati, felicitis memoriae, adiudicatorias pariter et restatatorias, modum et formam suae iudicialiae deliberationis in se in papyro clause emanatas, et alias conventus ecclesiae sanctae Crucis de Lelez, statutorias, superinde in pergamento privilegialiter confectas et sub inferendas, quomodo ipse Simon Bwd et alii predicti, aliis ipsorum negociis praededitit easdem literas debito tempore reportationis earundem ad terminum literis in eisdem denotatum, in dictam nostram personalem praesentiam apportare, et in formam nostri privilegii, prout debuissent redigi facere nequivissent, supplicantes nostrae maiestati idem Simon Bwd praedictis personis debita cum instantia ut nos easdem binas literas, praefati scilicet quondam domini Mathiae regis adiudicatorias et dicti conventus ecclesiae de Lelez statutorias ratas, gratas et acceptas habentes, sibi et aliis praedictis eorundem heredibus et posteritatibus universis roborare et in formam nostri privilegii redigi faceremus, quarum primae videlicet dictae literae Mathiae regis adiudicatoriae tenor is est: Mathias Dei gratia rex etc. (vide sub No. 323.) Alterius vero videlicet praedictae literae antefati conventus ecclesiae de Lelez, contencencia verbalis haec est: Nos conventus ecclesiae etc. (vide sub No. 324.) Unde nos supplicationibus praefati Simonis Bud, per eum in sua ac praenominatorum Iohannis similiter Bud, per eum in sua, ac praenominatorum Iohannis similiter Bud et Pynthe, necnon alterius Iohannis Oppressavana dicti personis, nostrae propterea porrectis maiestati, clementer exauditis pariter et admissis, praefatas binas litteras, unam scilicet praefati quondam domini Mathiae regis adiudicatoriam, et aliam dicti conventus de Lelesz, super inde statutoriam superius literarum nostrarum, de verbo ad verbum sine diminutione et augmento aliquali insertas, non abrasas, non cancellatas nec in aliqua sui parte suspectas, imo mera et sincera veritatis integritate pollentes, quoad omnes earundem clausulas et articulos ratas, gratas et acceptas habendo, pro praefato Simone Bud et aliis praenominatis, eorumque haeredibus et posteritatibus universis approbantes, perpetuoque

valituras ratificantes, in formam nostri privilegii duximus redigendas atque roborandas. Salvo jure alieno. In cujus rei memoriam, firmitatemque perpetuam praescriptas praesentes literas nostras privilegiales pendentis et authentici sigilli nostri, quo ut rex Hungariae in judiciis utimur, munimine roboratas, pro memorato Simone Bud et aliis praescriptis duximus concedendas. Iuris ipsorum ad cautelam, communi justitia observata. Datum Budae tricesimo sexto die octavarum festi epiphaniarum Domini praedictarum. Anno ejusdem millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto. Lecta.

A kolos-monostori levéltár őrei által budfalvi nemes Pap Demeter tábla bíró, Tamás László és Bud Farkas részére 1728. évi november 30-án kiállított hiteles átiratból.

351.

1494. Aprilis 29. Sziget. A vármegye tisztviselői igazolják, hogy egyrésztől Técső város polgárai, másrésztől Irholczi János, Gergely és Mihályko nemesek közt Pogán Zsigmond főispán és kamarai főnök közbenjárására a Técsővíz melletti Laaz praedium határai megállapítottak.

Nos Georgius Horvath et Ladislaus Homani vicecomites nec non Ioannes Bank de Zaryazo, Lazarus Bala, Michael de Bede, Georgius de Vancsfalva iudices nobilium comitatus Maramarusiensis memoriae commendamus quibus incumbit universis, quod circumspecti cives et hospites oppidi Techew partibus ab una, ac nobiles Ioannes, Gregorius et Mihályko de Irhocz, nominibus omnium fratrum suorum et personis, coram nobis constituti, retulerunt non dispaes sed unanimi prorsus voluntate in hunc modum: quod quamquam inter eos quaedam litis controversia praetextu cuiusdam praedii Laaz vocati, juxta fluvium The . . . dictum adiacentis et habitii jam dudum orta et ventilata extitisset, ordinatione tamen praesertim magnifici domini Sigismundi Pogán pro tunc comitis et camerarii praetacti comitatus Maramarusiensis, ac aliorum proborum hominum intercessione, ad talem pacis et concordiae devenissent unionem . . . reambulationem metarum praefati praedii . . . futura . . . memor . . . metas

erexissent tali modo: ut a parte aquilonaria habeant pro meta fluvius Techew et Monyorospatak vocatos, quae meta est praefatorum nobilium, et separatur per fluvium aquae Techew praedictae, medietatem vero fluvii Techew et Monyorospatak vocati dicti nobiles verunt vera pro meta civibus de Techew a parte meridionali cum omnibus utilitatibus et usibus jure perpetuo et irrevocabiliter possidendos sub vinculo ducentarum marcarum Budensium in literis annotati magnifici Sigismundi Pogany super inde confectis et emanatis clarius expresso; unde praemissae partes unitae debita cum instantia nos requirentes postularunt, ut sibi de et super hujusce rei negotio ac pacis firmiteris commodo literas nostras emanari facere dignemur, sed quia literarum patrocinio jura et haereditates perpetuo solent observari, ideo nos justis earum partium petitionibus inclinati praesentes sibi literas sigillorum appensione ratificatas pro praetactae ordinationis stabilitate testimonio et veritate firmiteribus aevo concessimus duraturas. Datum in Zigeth feria tertia ante festum Philippi et Iakobi apostolorum anno Domini 1494.

Leleszi Convent (Actorum Anni 1765. No. 20.)

352.

1494. Május 14. Kassa. Ulászló király a szt.-Mihály archangyalról czimzett Máramarosi monostor főnöke Hilarius kérésére megújítja és megerősíti az Antonius konstantinápolyi patriarcha által nevezett monostor jogairól és szabadságairól kiadott oklevelet, egyszersmind megállapítja, hogy nevezett Hilarius a munkácsi püspök iránt tisztelettel, az erdélyi érsek mint felebbvalója iránt pedig alárendeltséggel és engedelmességgel tartozik.

Nos Vladislaus Dei gratia rex Hungariae et Bohemiae etc. memoriae commendamus tenore praesentium significantes quibus expedit universis. Quod venerabilis et religiosus frater Hilarius prior claustrisive monasterii ecclesiae beati Michaelis Archangeli in Maromarus fundati, Graecae fidei professor, nostrae maiestatis accedens in praesentiam, exhibuit et praesentavit nobis quasdam litteras privilegiales

reverendissimi patris quondam Antonii civitatis Constantinopolitanae, Novae Romae, ac totius orbis Patriarchae, in pergameno graecis litteris exaratas sigilloque suo plumbeo impendenti consignatas. Et cum hoc, etiam earundem litterarum exemplum verbotenus in latinum tractum, de et super nonnullis indultis iuribusque et libertatibus eidem ecclesiae Sancti Michaelis per eundem concessis, inferius in tenore eiusdem exempli denotatis et specificatis. Supplicans maiestati nostrae, ut litteras huiusmodi patriarchales, ac omnia in eisdem contenta, rata, et accepta habere, ac pro eodem fratre Hilario suisque successoribus universis, ecclesiaeque praenotatae innovantes perpetuo valituras gratiose dignaremur confirmare. Quarum quidem litterarum, et earundem exempli tenor sequitur in haec verba: Antonius Dei gratia etc. (vide sub No. 62.) Nos igitur huiusmodi supplicatione memorati fratris Hilarii exaudita et clementer admissa, praescriptas litteras dicti patriarchae non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciatas conspeximus, praesentibusque litteris nostris similiter privilegialibus, earundem exemplum de verbo ad verbum inseri, et inscribi facientes, eas et omnia in eis contenta, eatenus quatenus eadem rite et legitime existunt emanatae, viribusque earum veritas suffragatur, acceptamus, approbamus et ratificamus, ac pro eodem claustro Sancti Michaelis Archangeli, et consequenter pro fratre Hilario suisque successoribus universis innovantes perpetuo valituras confirmamus. Ita tamen quod ipse frater Hilarius Prior, et sui successores episcopo de Munkacs sui ordinis reverentiam, archiepiscopo vero de Transsilvania, modernis et futuris, veluti superioribus suis debitam subjectionem, et obedientiam praestare debeant, et teneantur¹⁾. Harum nostrarum, quibus secretum sigillum nostrum, quo ut rex Hungariae utimur, est appensum, vigore et testimonio litterarum mediante. Datum Cassoviae per manus reverendi in Christo patris domini Thomae episcopi ecclesiae Iauriensis et postulati Agriensis, Aulae nostrae summi et Secretarii Cancellarii ac fidelis nostri dilecti, quarta decima die mensis Maii, anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto. Regnorum nostrorum Hungariae etc. anno quarto, Bohemiae vero vigesimo quarto²⁾³⁾.

¹⁾ Miként a XIV. században az egri és erdélyi catholicus püspökök, ép ugy ezuttal a keleti vallásuk nem voltak tisztában egyházi joghatóságukkal Máramarost illetőleg. Ez alkalommal Ulászló király az erdélyi metropolita javára döntött; de még ezután is sok viszontagság után ő szentsége IX. Pius pápa és ő felsége I. Ferencz József császár és apostoli király bölcsességének volt fentartva az, hogy a kérdést véglegesen megoldják, kik is 1853. évben a vármegye román lakosait a szamosujvári, rúthén lakosait pedig a munkácsi g. c. püspökök egyházi joghatósága alá rendeliék.

²⁾ A keleti patriarcha levelének megerősítése azon időben ritka kedvezmény volt, talán példa nélküli egy r. cath. uralkodó részéről; valószínű, hogy ezen kedvezményt az erdői születésű Bakacs Tamás egri püspök, ki a király cancellárja volt, eszközölte ki.

³⁾ A gyulafejevári r. c. káptalan levéltára őrei által 1721-ben kiállított átiratból közlé A. T. Laurian: Magazin istoric III. k. 172. l. és Saguna A. püspök „Adaus la promemoria“ 1850.

353.

1495. Márczius 19. Pécs. Ulászló király rendelete a leleszi conventhez az iránt, hogy Dolhai Péter, más Péter, János, Tamás és Kálmán a néhai Thatol Mihálynak Taraczköz, Kyrva, Kőkényes, Nereznicze, Gánya, Karacsonfalva, Bocskó és Lonka birtokaiba, valamint irholczi részbirtokába beiktattassanak. A beiktatásnak ellenmondanak.

Uladislaus Dei gracia rex Hungarie, Bohemie etc. Fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis fidelium nostrorum nobilitum Petri, ac alterius Petri, necnon Ioannis, Thome et Colomani de Dolha, quomodo ipsi in dominium possessionum quondam Michaelis de Thathol Taraczköz, Kyrva, Kőkényes, Nereznicze, Ganya, Karacsonfalva, Bocsko et Lonka necnon totalis porcionis possessionariae eiusdem condam Michaelis in possessione Irholcz vocatarum omnino in comitatu Maramarosensi existentium et habitae ipsos exponentes certo juris titulo concernentium legitime vellent introire. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum quo presente Ladislaus aut Georgius de Lipse, vel alter Georgius de Bilke, sin Andreas Gorzo de eadem, seu Michael de Dobroka, sive Petrus Tegze de Berezna, neve Ioannes de Kricsfalwa alys absentibus homo noster ad facies prescriptarum possessionum Taraczköz, Kyrva, Kőkényes, Nereznicze, Gánya, Karacsonfalva, Bocsko et Lonka, consequenterque ante dicte portionis possessionarie prefati condam Michaelis de Thatol in eadem possessione ilhocz habite, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatos exponentes in dominium

earundem, statuatque easdem eisdem simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinencys quibuslibet, premissis jure eisdem incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet eosdem, contra annotatos exponentes nostram personalem in presentiam ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros. Et post hec hujusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint vicinorumque et commetaneorum qui premissis statutioni intererunt nominibus, terminoque assignato eidem nostre personali presentie fideliter rescribatis. Datum Quinque ecclesiis feria quinta proxima post Dominicam Reminiscere. Anno Domini M^o CCCC^o XC^o quinto. Nos itaque preinsertis preceptis et mandatis vestre serenitatis obedientes ut tenemur, una cum prefato Ladislao de Lipse homine vestre serenitatis unum ex nobis videlicet religiosum fratrem Martinum presbyterum ecclesie nostre conventualem ad premissa fideliter exequenda nostro pro testimonio duximus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt eo modo, quod ipsi feria quinta proxima ante festum beatorum Tiburcy et Valeriani proxime preteritum ad facies prescriptarum possessionum Karachonfalva, Bocsko, Lonka, Tarazkeoz, Kyrwa, Kőkényesd, Nereznicze et Gánya consequenterque predictae porcionis possessionarie prefati condam Michaelis de Thathol in dicta possessione Ilhocz habite, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, dum idem homo vestre serenitatis ipso nostro testimonio presente prefatos exponentes in dominium earundem introducere ac easdem eisdem simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinencys quibuslibet premissis jure eisdem incumbenti perpetuo possidendas statuere voluisset, tunc Thomas de Urmezew dicte possessionis Karachonfalva, necnon Stephanus de Rozkova in persona magnifici Bartholomei Dragfy prescriptarum possessionum Bochko et Lonka, item nobilis domina Agatha relicta quondam Georgy de Dolha in suo, ac dominarum Elizabeth et Agathae filiarum suarum necnon Thomae de Kemeche et Andreae Magni personis, dictarum possessionum Tarackköz, Kyrva, Kőkényesd, Nereznicze et Gánya ac porcionis possessionariae in dicta possessione Ilhocz introductioni et statutioni contradictionis velamine obviassent. Propter quod idem homo vestre serenitatis ipso nostro testimonio presente ibidem et in eodem die ac in loco huiusmodi contradictionis eosdem Thomam de Urmezew, Bartholomeum Dragfy, dominas Agatham relictam ac Elisabeth et Agatham, filias eiusdem domine Agatha,

Thomam de Kemeche et Andream Magnum contra annotatos exponentes ad octavas festi beati Georgy martyris nunc venturas vestre serenitatis personalem evocasset in presentiam rationem contradictionis eorum reddituros. Datum duo decimo die diei evocationis prenotate. Anno Domini supradicto.

Leleszi Convent (Statutoriarum D. No. 45.) Másolat Petrovay Györgytől.

354.

1495. Szeptember 9. Visegrád. II. Ulászló király parancsa az iránt, hogy Pogány Péter pozsonyi gróf és Thukaroveczky Máthé királyi kamarások valamint Pogány Zsigmond, György és János Urmező, Veresmart, Felső-Apsa egész és Karácsonfalva részbirtokokba beiktattassanak, miután azok Urmezei Tamás magvaszakadtával a koronára hárultak, és hű szolgálataikért a nevezetteknek lettek adományozva. Thot Bulás a Drágfy Bertalan erdélyi vajda bocskói tisztje, ura nevében ellenmond.

Serenissimo principi domino Uladislao Dei gratia regi Hungarie et Bohemie etc. domino ipsorum gracioso conventus ecclesie sancte crucis de Lelez orationes in Domino devotas perpetua cum fidelitate, vestra noverit serenitas, nos litteras vestre serenitatis introductorias et statutorias pariter et evocatorias, nobis directas summo cum honore recepisse in hec verba: Uladislauus Dei gratia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez, salutem et gratiam. Cum nos attentis et consideratis fidelitatibus et servitiis fidelium nostrorum egregiorum Petri Pogan comitis Posoniensis ac Mathei Thukaroveczky, cubiculariorum nostrorum, nec non Sigismundi similiter Pogan fratris ejusdem Petri, per eos sacre imprimis hujus regni nostri Hungarie corone deindeque majestati nostre pro locorum et temporum varietate, cum omni fidelitatis constantia exhibitis et impensis, possessiones portionesque et quelibet jura possessionaria, ac alia universa bona tam in Maramarusiensi quam etiam alias ubivis, et in quibuscumque comitatibus hujus regni nostri existentes et habita que alias nobilis condam Thome de Urmezew prefuissent, sed per

mortem et defectum seminis ejusdem ad nos consequenterque collationem nostram regiam, juxta approbatam et antiquam ejusdem regni nostri Hungarie consuetudinem rite et legitime devolute esse perhibentur et condescensa, simul cum omni jure nostro regio, si quod in dictis possessionibus, portionibusque et juribus possessionariis, ac aliis universis bonis dicti condam Thome etiam alias qualitercunque haberemus, aut eodem et eadem nostram ex quibuscunque causis, viis, modis et rationibus concernerent majestatem, ac pariter cum cunctis earundem et eorundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, premissis sic ut prefertur stantibus et se habentibus, memoratis Petro Pogan et Matheo Thukaroveczky nec non Sigismundo similiter Pogan, et per eosdem Petrum et Sigismundum Pogan Georgio et Iohanni modo simili Pogan fratribus suis ipsorumque heredibus et posteritatibus universis, vigore aliarum literarum nostrarum donationalium superinde confectarum in perpetuum contulerimus, velimusque eosdem in dominium earundem et eorundem, ac dicti juris nostri regii, in eisdem habiti per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum: quo presente Iohannes Bank de Zarwazo, aut Petrus Nagy de Zlathyna vel Andreas Magnus Imhanzel(?) de Maramaros, nec Iohannes de Fanchyka, sive Nicolaus de eadem, neve Iohannes de Bilke, aut Georgius de eadem aliis absentibus homo noster regius, ad facies prescriptarum possessionum portionumque et jurium possessionariorum, ac aliorum universorum bonorum prefati condam Thome de Wrmezew, vicinis et commetaneis earundem et eorundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatos Petrum Pogan, Matheum Thukaroveczky, Sigismundum similiter Pogan, et alios prescriptos in dominium earundem et eorundem ac dicti juris nostri regii in eisdem habiti, statuaturque easdem et eadem ac idem eisdem, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, premissis nostre donationis et juris titulo ipsis incumbente perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet eosdem contra annotatos Petrum Pogan et alios prescriptos nostram personalem in presenciam ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros. Et post hec hujusmodi introductionis, et stationis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum qui premissis stationi intererunt, possessionum etiam ac jurium possessionariorum et bonorum inibi statuendorum nominibus termino-

que assignato, ut fuerit expediens, eidem nostre personali presentie fideliter rescribatts. Datum in Visegrad feria quarta proxima post festum nativitatis virginis Marie. Anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto. Regnorum nostrorum Hungarie etc. anno quinto. Bohemie vero vigesimo quinto. Nos itaque preinsertis preceptis et mandatis vestre serenitatis obedientes ut tenemur, una cum prefato Petro Nagy de Zlathyna homine vestre serenitatis unum ex nobis videlicet religiosum fratrem Michaellem presbyterum ecclesie nostre conventualem ad premissa fideliter exequenda nostro pro testimonio duximus destinandum. Qui tandem ad nos exinde reversi nobis uniformiter retulerunt eomodo, quod ipsi in festo beati Dyonsii martiris proxime preterito ac aliis diebus immedate sequentibus ad id aptis et sufficientibus ad facies possessionum prefati condam Thome de Wrmezew, Wrmezew jam scripte nec non Veresmath vocate in dicto comitatu Maramarusiensi adjacentium vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, dum idem homo vestre serenitatis ipso nostro testimonio presente prefatos Petrum Pogan, Matheum Thukaroveczky, Sigismundum similiter Pogan et alios prescriptos in dominium earundem ac dicti juris vestri regii in eisdem habiti introducere, ac easdem et idem eisdem simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet premisse vestre donationis et juris titulo ipsis incumbenti perpetuo possidendas statuere voluisset, tunc Blasius Thot officialis magnifici domini Bartholomei Dragfy de Belthwk Wojvode Transilvaniensis etc. in possessione sua Bochko vocata constitutus, nomine et in persona ejusdem domini Bartholomei Dragfy, domini videlicet sui, hujusmodi introductioni et statutioni dictorum Bonorum prefati condam Thome de Wrmezew ut puta possessionis Apsa vocate, et portionis possessionarie in possessione Karachonfalva vocata habite in eodem comitatu Maramorosiensis existentis, nec non dicti juris vestri regii in eisdem habiti, contradictionis velamine obviasset, propter quod idem homo vestre serenitatis, ipso nostro testimonio presente, ibidem et eodem die, ac in loco hujusmodi contradictionis eundem Bartholomeum Dragfy contra annotatos Petrum Pogan et alios prescriptos ad octavas festi beati Georgii martiris nunc venturas vestre serenitatis personalem evocasset in presentiam rationem contradictionis sue redditurum. Datum decimo die diei evocationis prenotate. Anno domini supradicto.

1) Ezen években veszi kezdetét a csebi Pogány család működése várme-gyénkben, és szakadatlanul tart napjainkig. Pogány Péter mint pozsonyi gróf, az

ország méltóságai közt foglalt helyet; a Zalamegyei Cseb birtokot I. Károly király adományozta 1328. évi július 21-én a Pogány család ősei részére; az ezt tanúsító oklevelet közlék Nagy Imre és társai (Zala vármegye története I. 226. lap) Péter unokatestvérei közül Zsigmond és neje Eufrosina valamint János Urmezőn telepedvén meg, Ulászló király alatt sok jószágot nyertek adományként; utódaik a vármegye tisztkarában előkelő helyet foglaltak el, Urmezőn mai napig birtokosok.

?) A székesfejérvári Johannita keresztes vitézek conventje által 1500. évben kiadott iktatási levél hiteles másolatáról.

355.

1496. Junius 28. Buda. II. Ulászló király rendelete az iránt, hogy Lipcsey László, Gorzó András, Bilkei István fia György és Bilkei Miklós fia más György nemesek beiktattassanak az Urmezei János fiai Péter és Lázár Ökörmezői, Ripinyei, Kelecseni és Vízközi részjószágába. A beiktatásnak ellenmondanak.

Uladislaus Dei gratia rex Hungariae, Bohemiae etc. Fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelesz, salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis nobilium Ladislai Lipcei ac Andreae Gorzo, Georgii filii condam Nikolaj de Bylke, quomodo ipsi in dominium totalium portionum possessionariarum condam Johannis, Petri et Lazari de Urmező in possessionibus Ökörmező, Rypinia, Kelecsen et Vyzkez vocatis in comitatu Maramarosiensi existentibus habitarem, ipsos omnis juris titulo concernentium legitime vellent introire. Super quo fidelitati vestrae firmiter praecipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo praesente Petrus, aut' Johannes vel Thomas de Dolha, sin' Johannes et Nicolaus de Waynak, seu Sandrinus sive Ladislaus de Bedey aliis absentibus homo noster ad facies dictarum possessionum Ökörmező, Rypinia, Kelechen et Vyzkez, consequenter praescriptarum portionum possessionariarum praefatorum condam Johannis, Petri et Lazari de Urmező in eisdem habitarem, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et praesentibus accedendo, introducat praefatos exponentes in dominium earundem, statuatque easdem eisdem, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet praemisso jure eisdem incumbente, perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui

fuerint, evocet eosdem contra annotatos exponentes nostram personalem in praesentiam, ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros, et post haec hujusmodi introductionis, et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum qui praemissae statutioni intererunt, nominibus terminoque assignato, ut fuerit expediens, eidem nostrae personali praesen fideliter rescribatis. Datum Budae feria tertia proxima post festum beati Ladislai regis. Anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto. Indorsatio autem talis habetur continentiae: Fidelibus nostris conventui ecclesiae de Lelesz pro Ladislao Lypchei et aliis intrascriptis, Introductoria et statutoria. Relationis porro series esset tenoris intrascripti, Regius Johannes de Dolha, noster frater Marcus praesbiter et feria sexta ante Egidii ad facies praescriptarum possessionum consequenterque portionum in eisdem habitarum accedendo ubi vicinis Toma de dicta Dolha et duo in super vicini plura nullo contradictore restatuissent. Quod Petrus Palko de Dobroka in sua ac Georgii filii Andreae, Nicolai et Mathaei filiorum condam Nikolai de Ilosva personis, ipse Petrus Palko contradicit tertiarum partium dictarum possessionum, alii autem sextarum partium earumdem possessionum.

A leleszi convent által gyulafalvi Ivanka Rednik János részére 1753. július 16-án kiadott hiteles átiratból, melyet Lipcsey Pál kir. törvényszéki bíró nekem ajándékozott. A Lipcsey család Szigeten, Alsó-Rónán és Heves vármegyében van elterjedve, legtöbb tagja mai nap is birtokos Lipcsén. Lipcséről nemességet igazolt 1752. évben a Lipcsei (1651.) család.

356.

1498. Aprilis 28. Buda. II. Ulászló király megszüntetni kívánván a sóvágók fizetésénél felmerülő bizonytalanságot, rendeli, hogy minden 100 darab só után 20 denár fizettség, ruházat czimén minden egyes sóvágó évenként 100 darab kősót kapjon. Adótól mentesek legyenek. Új aknák nyitásánál egy Laakthor („Lachter“ bányáööl) után egy frt díjazásban részesüljenek, és ha sót találnak 1000 darab, egy Thumen után 11 darab az övék legyen. Négy gardafáért egy frtot, egy lépcsőért egy frtot és egy kőből bort kapjanak, egy léposó fokért 1 pint bort. A huszti, técsői és szigeti sóvágók maguk részére birót választhassanak, és közölők esküdtpolgárokat is nevezzenek ki; a Huszton lakók részére évenként négy hordó bor, 4 ökör és 400 kenyér szolgáltatás ki stb.

Commissio propria Domini Regis.

Nos Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit universis, quod quia inter camerarios Maromarusiensis, ac excisores salium eiusdem loci hucusque ex parte solucionis eorumdem cisorum et victualium eiusdem tribuendorum varie semper discordie et rixe ortae fuerunt, ideo institerunt et supplicarunt idem cisores apud nos, ut pro maiori quiete atque etiam commodo et utilitate tam eorumdem quam etiam nostra, cum ipsis aliquam debitam et determinatam dispositionem facere committeremus, iuxta quam et ipsi contenti manentes, in cisioni salium nostrorum et commodius intenderent, et nosque de eo quod a maiestate nostra, aut camerarijs nostris solvendum dandumque foret sciremus, annuatim sine aliqua interpellatione respondere. Nos itaque animadvertentes huiusmodi eorum supplicationem non solum iustam, verum etiam nobis et eiusdem cisoribus utilem et commodam, commiseramus fidelibus nostris egregijs Iohanni Thartzay et Nicolao Proll camararijs nostris eiusdem loci, ut cum prefatis cisoribus ex parte eiusdem modi solucionis, et in recompensam dandorum victualium aliquam dispositionem et concordiam inire et facere deberent, qui quidem tandem cum eiusdem tractantes in hos infrascriptos articulos devenerunt, in primis quod ex quo fodine salium

Maromarusiensium ab oppidis et villis, de quibus incisores ipsi ad labores confluunt, in magna distancia existunt, nec possint incisores ipsi victualia sufficientia habere, eo quod propter infecunditatem terre victualia singulis annis illuc abunde importantur. Ut igitur ipsi incisores melius et commodius vivere, et maiori sollicitudine et diligencia valeant laboribus incidendorum salium nostrorum incumbere, ita ordinavimus, ut pro incisione viginti quinque salium per camerarios nostros solvantur eis quinque denary usuales, pro incisione sallum quinquaginta, decem denary. Pro incisione autem salium septuaginta quinque, quindecim denary. Pro incisione vero singulorum centum salium, solvantur eisdem semper viginti denary, hac tamen lege et condicione, ut ipsi incisores pro ut ipsis placitum fuerit, de victu sibi necessario provideant, nec camerarios nostros deinceps ad administracionem et provisionem victualium, prout hactenus fieri consueverat, impediunt. Item cuilibet incisorum salium singulis annis pro panno dentur sales centum et quidem tales, quales nobis pro premissis nostris pecunys incisi fuerint. Annulum etiam et generose concessimus, ut omnes incisores salium nostrorum pretactorum a qualibet dica seu contribucione nostra, racione serviciorum ipsorum semper exempti habeantur et supportati. Si quando vero camerary nostri aliquas novas fodinas salium repererint, et repertas laborari fecerint, debeant ydem camerary et sint obligati ligna sufficientia ad racionem expensarum nostrarum facere adduci, fossoribus tamen earumdem novarum fodinarum pro defossione unius laakthor solvatur florenus unus. Cum autem in eisdem novis fodinis sales inventi fuerint, primum fossores ipsi poterunt libere pro se ipsis Mille sales excidere, et in super quamdiu in huiusmodi fodinis sales incisi fuerint, fossoribus earumdem fodinarum pro singulo Thumeno salium excisorum dabuntur sales undecim, facientes denarios triginta tres, item si quando vero aliquod lignum quod vulgariter Gardaffa dicitur, fractum fuerit, et ad fodinam demitti, et ibidem locari debuerit, pro singulis huiusmodi quatuor lignis faciendis et in fodinam locandis, laboratoribus dari debebit florenus unus, pro una vero scala de novo preparata et in fodinas demissa et ibidem locata, dabitur semper florenus unus, superaddito uno cubulo vini, pro media autem scala similiter de novo facta et in fodinas demissa et aptata in loco debito, dabitur medius florenus, medio cubulo vini super adiuncto. Pro uno autem dente scale laythorya ffogh vulgariter dicto in scalam posito et adaptato dabitur una pinta vini. Ordinavimus etiam quod incisores salium nostrorum in Hwzth, The-

czew et Zygeth commorantes singulis annis de voluntate et annuencia camerariorum nostrorum sibi ipsis iudices eligere et facere possint, Ita tamen quod ipsi iudices ipsorum in locis fodinarum salium nostrorum nullum iudicium ratione quorumcunque negociorum facere possint, sed omnia negocia ratione quorumcunque negociorum emergentia in fodinis ipsis camerary nostri vel homines eorum ad inter eosdem adiudicare et discutere possint ordinavimus etiam, quod singulis annis ex incisoribus salium aliqui probi viri per iudices oppidorum Hwzth, Theczew et Zigeeth pro juratis civibus eligantur, quibus presentibus iudices ipsi, vel aliquis eorum ac pariter iudices incisorum ipsorum, causas et negocia inter oppidanos et incisores ipsos emergentes et suborta adiudicent et concludant eo potissimum respectu, ne iudices oppidanorum sine presencia iudicum et juratorum incisorum ipsorum, aliquem vel aliquos ex incisoribus possint vel valeant in iudicio pro suo arbitrio aggravare. Volumus etiam quod nec iudices oppidanorum, sed neque prefatorum incisorum negocia salium et navium qualitercunque et per quemcunque movenda deinceps discutere vel adiudicare possint, sed huiusmodi omnia negocia salium et navium, sic ut prefertur emergentia per camerarios nostros vel homines ipsorum ad id deputatos semper revideantur, discutanturque et adiudicentur. Item quod universitati incisorum salium in Hwzth commorantium singulis annis in quatuor terminis eorum solitis puta Nativitatis, resurrectionis Domini, ac Penthecostes ac Omnium Sanctorum dentur vasa vinorum quatuor, boves similiter quatuor, panes vero quadringenti. Ita quod in uno quoque termino solutionis dabuntur unum vas vini, bos unus et centum panes, item universitati incisorum in Zygeth commorantium singulis annis eodem modo in quatuor terminis dentur vasa vini quatuor, boves similiter quatuor, panes vero quadringenti. Item quod universitati incisorum in Thechew commorantium singulis annis eadem provisio observetur. Item quod tribus iudicibus incisorum videlicet de Hwzth, Thechew et Zygeth annualim pro eorum subsidio dentur sales mille quingenti. Ita ut cuilibet eorum quingenti sales in portionem cedant, ubi vero temporum successu in territorys aliquarum civitatum sive oppidorum nostrorum in Maromarusio alique fodine salium per camerarios et comites nostros reperte fuerint, volumus ut in cultura huiusmodi fodinarum de novo inventarum et laborari ceptarum presens ordinacio et dispositio nostra similiter observetur. Quos quidem articulos modo premissis conceptos presentibusque litteris nostris insertos et inscriptos, sed et

disposicionem et ordinacionem atque eiam exempcionem in eisdem contentas, quoad omnes earumdem continencias et clausulas acceptamus, laudamus approbamusque et ratificamus, eademque simul cum disposicionibus, ordinacionibus, exempcionibus, limitacionibus et alys omnibus et singulis in eisdem articulis contentis, pro eisdem incisoribus salium prescriptarum camerarum nostrarum Maromarusiensium presentibus et futuris in perpetuum valituras roboramus et confirmamus, volentes et decernentes ūt a modo deinceps perpetuis temporibus in predictos cisores et camerarios nostros quantum ad exolucionem predicta dispositio et ordinacio firmiter semper observari debeat. Quocirca vobis predictis fidelibus nostris egregys Johanni Tharczay et Nicolao Froll modernis futurisque comitibus ac camerarys et vicecamerarys dictarum camararum nostrarum Maramarusiensium serie presencium firmissime precipientes mandamus, ut a modo prefatos incisores salium nostrorum, in huiusmodi ordinacionibus, constitucionibus, limitacionibus et exempcionibus per nos cum eisdem ex nostra commissione modo premissis factis, semper et in omni tempore conservare debeatis. Neque ipsos preter vim formamque et modum huiusmodi constitucionis nostre ullo umquam tempore impedire sive molestare presumatis nec sitis ausi modo aliquali gracia nostre sub obtentu. Presentes autem, quas secreto sigillo nostro quo ut rex Hungarie utimur, inpendenti communitati fecimus, post earum lecturam reddi volumus et mandamus semper presentanti. Datum Bude sabbato proximo post festum beati Marci evangeliste. Anno domini Millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo, regnorum nostrorum Hungarie anno decimo octavo, Bohemie vero vigesimo octavo¹⁾2).

1) Pergamenre irt, függő pecséttel ellátott eredetiből a rónaszéki sómunkásoknál.

2) A sótermelés nálunk oly régi, mint maga a vármegye; joggal állíthatjuk, hogy a legelső lakosok, jóval a római korszak előtt sót termeltek, nemcsak helyi fogyasztásra, de főképen kivitelre. Vármegyénkben a sóréteg Konyhától Husztig, több mint 100 kilométer hosszúságban húzódik. Számos sóforrás mutatja fekvését, szállítása az Iza, Taracz, Talabor és Tisza vizeken könnyű módon történt. Egy kéziratban lévő értekezésben, melynek czime: „Tentamen eruitionis, quae salis fodina Rhonensis, ad aetatem Regiminis divi Stephani I-mi Regis Hungariae coinciderit“? és melyet a század elején egy bő tudománnyal rendelkező kir. kincstári szakértő irt, a valóságig igazolva látjuk, hogy a Rónaszéki (Castellum, Costui) felhagyott 14 sóakna művelését, már a VI. században kezdték meg a római Colóniák maradványai és ezek módszere szerint történt a művelés egész a magyarok bejöveteleig: „caedem ipsae Romanorum coloniarum reliquiae fodinas has ultro prosequi, ad epochamque ipsius Hungarorum in Marmatiam introitus continuare

debuerint“, továbbá „oportebat Romanos per totam longae Marmatlam salem indagasse, ut nobis eorundem vestigia relinquuntur; illos modum, methodum, operati-on'esque terminos technicos introducere, ut nos, quod imitemur, haberemus.“ Az aknák tehát mutatják a termelési módszert, melyet a régi rómaiak alkalmaztak.

A sóaknák közelében római és bizanti császárok arany, ezüst pénzeit talál-ták, így többek közt Gyulafalván Commodus császáráét, (consule quinto 187. évből, ajándékba kaptam ft. Bud Titusz vicarius és Berinde Victor tanártól); Joódon (Facia Trunchiului nevű saját földemen) Traianus császáráét (consule quinto 105. évből, ajándékba kaptam néhai Szaplanczay Imrétől); Szlatinán Marcianus császár arany pénzét 450. évből (vettem Joódy Lászlótól); továbbá Szigeten (a Dobonyoson) Huszton, Técsőn stb. Técső közelében a kerekhegyi régi sóaknákhöz vezető út nyugoti baloldalán, 330 lépésnyire a vasut vonaltól, Román József, Müller János gyermekek és Géczy József utfelügyelő árok ásás közben 1874. augusztus 11-én egy vastag agyagedényben több mint 1100 drb. ezüst denárt találtak, melyek Vitellius (69.) és Vespasian (69. év) császárok idejétől Septimius Severus császár idejéig (193) terjednek: a denarokból 782 drb. a magyar nemzeti muzeumba kül-detett, 320 drbot én vettem meg. Ős régi felirásokat a vármegyében máig nem találtam, mézsköbe véssett egy votiv táblát falaztattam be szigeti házamba, de ez Ulpia Traiana-ról való, felirata igen szép szabályos betűkkel, eddig közölve nem lévén, következő:

D I A N A E
A V C ' S A C R
I A N V A R I V S
A V G G ' L I B '
N V M M V L '
E X V O T O ' L D D D .

(Locus datus decreto decurionum.) Ezzel Januarius pénzváltó, ki M. Aurelius és L. Verus császárok (161. ?) által lett felszabadítva, róvta le háláját Diana istennő iránt.

De a mi sóaknánk művelés alatt álltak már sokkal a római császárok előtt. Az idézett értekezés „Tentamen eruitionis“ a II. század közepére teszi a Dragomér-falvi, joódi, gyulafalvi, alsó-rónai, szlatinai, nereszniczei, nyágovai, técsői, soófalvi és baranyai sóbányák művelésének kezdetét; de azon nagyszámu bronz eszköz, mely különösen Joód, Rónaszék, Szlatina és Neresznicze közelében találtatott, eléggé igazolja, hogy ezen sóaknák a keresztény időszaimitás előtt is művelés alatt állot-tak. Neresznicza mellett Királyvölgyben, mely már ritka szépségénél fogva is érde-mes e névre, magában a sótestben akadtak azon primitiv szerszámokra, melyekkel a kőst vizmosás mellett fejtették ezen elv alkalmazásával: „gutta cavat lapidem“. Az oltani és egyáltalán a bronzkori és római kori sóművelést behatóan tárgyalja Preiszig Ede bányamérnök a „Szigeti közlöny“ 1873. évi 21—29. számaiban meg-jent értekezésében.

A földai évkönyvekben 892. évből egy érdekes feljegyzést találunk arról, hogy Arnulf császár követséget küldött Vladimír bulgár fejedelemhez oly kéréssel, hogy ez tiltaná meg a sókivittel Bulgáriából nagy Morvaországba; miként tudja van, magában a tulajdonképeni Bulgáriában sótelep nincs, a romániai és erdélyi sótelepek sokkal messzebb esnek Morvaországtól mint a mi sóaknánk. Innen kö-vetkeztethető, hogy tőlünk a só már a IX. században is nagy távolságra szállított-ták és hogy Máramaros akkor a Bulgárok uralma alatt állott; Soovárra alig

gondolhatunk, mert odáig a Bulgárok uralma ki nem terjedt. De látjuk a mi diplomáinkból is, hogy felhagyott sóaknákról már régi időben tétetik említés, például Gyulafalván 1355-ben, Talaborfalván, Irholczon 1411-ben stb.

357.

1498. Junius 6. Sziget. A vármegye tisztviselői igazolják, hogy János a Visói András fia és ennek mostohája közt egyezség létesült, melynél fogva az özvegy megmarad élte-fogytáig az öröklött javak birtokában, és mindkét fél részére javaik feletti szabad rendelkezési jog biztosittatik.

Nos Balthasar Kereki et Thomas Magnus vicecomites, ac Fichagiula, Petrus Nan de Zlatina, Iohannes Gerhes de Zarvazo, Dan de Vanchfalva, quatuor iudices nobilium comitatus Maramaros, damus pro memoria universis et singulis praesentibus et futuris, praesentium notitiam habituris quibus incumbit et expedit, quod inter Iohannem filium Andreae de Viso, et Axicam (relictam?) Andreae praetacti de Viso, novercam videlicet Iohannis annotati ad talem pacis concordiam devenire scimus aequanimiter, primum Iohannes filius Andreae praefati, spontaneo proposito se coram nobis obligavit et assumpsit ut ipse suam novercam praefatam in dominio haereditatis et possessionis nobilitaris in exitum et finem suae vitae pacifice ab omnibus impetitoribus observat et tenetur: E contra noverca sua genitrix etiam proposuerit et obligavit se singula sua bona et possessiones, tum florenos illos quatuor, qui deberunt exolvi in eam et Iohanni suo filiulo, tam etiam universa bona sua et . . . in agone suae mortis, in quemcumque locum vellet aut legamine annotato filiulo suo, ante etiam fratri vel fratrum suorum liberum habeat arbitrium legandi et mittendi, facultatemque ipsius nullus contradictor penitus valeat, nec Iohannes quocumque suas res legaverit sed habeat facultatem omnem legandi et mittendi, nec utiam post . . . ipsius cui sua bona legare et mittere aut Iohanni filiulo suo vel alieni fratri ipsius tali etiam nullus contradicere valeat, et ne aliquis molestare possit, harum nostrarum literarum testimonio mediante. Datae in Zigeth feria quarta post Pentecostes die Anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo, quis vero parcium hanc et

disposicionem infringere niteretur, extunc talis pars parti adversae convincatur vinculo florenorum duo decim.

A XVII. századból származó másolatról hitelesítve Sztojka Zsigmond megyei jegyző által, Váncsfalvi Jura János írományai közül. Az ezen okiratban előforduló grammatikai hibák a XVII. századbeli másoló terhére irandók, részben az eredeti szöveg írója terhére is.

358.

1498. Junius 26. A leleszi convent tanúsítja, hogy Leordinai Tamás neje, Leordinai Urda Mihály és ennek neje Sztánának leánya nemes Maruska asszony zálogba adott 50 arany forintért három telket, egy nemesít és két jobbágytelket tartozékival együtt nemes Miresének, Iváskónak és Ivánkónak a Leordinai Dávid Pap fiainak.

Nos conventus ecclesiae sanctae crucis de Lelesz memoriae commendamus, quod nobilis domina Maruska consors Thomae de Leordina, filia videlicet quondam Michaelis Urda de Leordina ex quondam nobili domina Stana procreata, coram nobis personaliter constituta sponte et libere est confessa in hunc modum: quomodo ipsa certis egentibus suis intollerabilibus evitandis, tres sessiones suas, unam earum nobilitarem in qua ad praesens ipsa domina Maruska resideret, et duas earum jobbagonales consimiliter, in quarum una Philippus et in secunda Petrus pro tempore residentiam facerent personalem, in dicta possessione Leordina in comitatu Maramarusiensi existente adjacentes, quae videlicet sessiones nobilitares et jobbagonales ipsam dominam ad portionem dumtaxat suam pro dote et rebus paraphernalibus praefatae dominae Stanae matris suae ac juribus suis quartalatis sibi de bonis et juribus possessionariis praefati quondam Michaelis Urda patris sui provenire debentibus pertinerent, simul cum cunctis proventibus, utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, quovis nomine vocitatis, ad easdem sessiones de jure spectantibus nobilibus Myrche, Ivasko et Ivanko filiis David Pap de dicta Leordina ex nobili domina Catharina filia videlicet praefati quondam Michaelis Urda susceptis in et pro quinquaginta florenis auri puri, uti nobis dictum extitit plene receptis ab

eisdem et levatis, post mortem videlicet et decessum ipsius dominae Maruska titulo pignoris possidendas pignori obligasset et inpignorasset. Imo pignori obligavit et inpignoravit coram nobis tali modo: ut dum et quandocumque post mortem ipsius dominae Maruska hii quorum redemptioni magis competit, prescriptas sessiones ab eisdem Myrche, Ivasko et Ivanko de Leordina redimere vellent et valerent, ex tunc redimendi habeant facultatem, iidem Myrche, Ivasko et Ivanko praemissis quinquaginta florentis auri puri, rerum aestimatione quarumlibet exclusa, plene et integraliter rehabilitis, easdem sessiones talibus redimere volentibus, absque omni occasione partium scrupulo remittere debeant et teneantur resignare, harum nostrarum vigore et testimonio presentium literarum mediante. Datum feria tertia proxima post festum nativitatis beati Ioannis Baptistae. Anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo.

¹⁾ Mirce=Miron; a nemes Mirse család mai nap is birtokos Leordinán.

²⁾ Leleszi Convent. (Protocolli Actorum Anni 1764. pag. 127.)

359.

1498. November 18. Buda. Zápolyai István ország nádora tanúsítja, hogy Bólteki Drágfy Bertalan visszavonta ellenmondását, melylyel meg lett gátolva Pogány Péter pozsonyi gróf és társainak beiktatása Urmező, Veresmart, Felső-Apsa egész és Karácsonfalva részjóságokba.

Nos Stephanus de Zapolya comes perpetuus terre Scepusiensis regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum memorie commendamus per presentes: Quod magnificus Bartholomeus Dragfy de Beltheok nostram veniens in presentiam sponte confessus exstitit et retulit in hunc modum: Quomodo dum in profesto beati Dyonissii martiris in Anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto transacto preterito, aliisque diebus tunc immediate sequentibus ad id aptis et sufficientibus egregii Petrus Pogan comes Posoniensis, Matheus Thukaroveczky nec non Sigismundus similiter Pogan ac Georgius et Iohannes modo simili Pogan, se in dominium possessionum nobilis condam Thome de Urmezew, videlicet ejusdem Urmezew ac Veresmarth et

Apsa vocatarum in comitatu Maramarosiensi adjacentium, nec non portionis possessionarie similiter ipsius condam Thome de prefata Urmezew in possessione Karacsonfalva nuncupata, modo simili in eodem comitatu Maramarosiensi existente habite, per mortem et defectum seminis ejusdem condam Thome, simul cūm omni jure regio in eisdem habito per majestatem regiam ipsis Petro Pogan, Matheo Thukaroveczky ac Sigismundo, Georgio et Iohanni similiter Pogan donatarum per regium et conventus ecclesie de Lelez homines juxta regni consuetudinem introduci, easdemque possessiones et portionem possessionariam simul cum dicto jure regio pro se ipsis statui facere voluissent; tunc licet hujusmodi statutiōni earundem possessionum, et portionis possessionarie, jurisque regii per Blasium Thot officialem prefati Bartholomei Dragfy per ipsum in possessione sua Bochko vocata constitutum, nomine et in persona ejusdem Bartholomei Dragfy contradictionis velamine obviatum fuerit: tamen ipse Bartholomeus Dragfy hujusmodi contradictioni statutiōnis prescriptarum possessionum Urmezew, Veresmarth et Apsa nec non portionis possessionarie in pre-tacta possessione Karacsonfalva habite ut premittitur nomine et in persona ejusdem facte rationabilibus ex causis per omnia cessisset, et renunciasset, dicteque statutiōni prefatarum possessionum, et portionis possessionarie jam factis Petro Pogan, Matheo Thukaroveczky nec non Sigismundo, Georgio et Iohanni similiter Pogan, modo quo supra facte consensisset, imo idem Bartholomeus Dragfy cessit: renunciavit et consensit coram nobis harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum Bude die dominico proximo ante festum beate Elizabet vidue. Anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo.

A Johannita keresztés vitézek székesfehérvári conventje által 1500. évben kiadott iktatási levél hitelesített másolatából. Urmezőről nemességet igazolt 1752. évben a Fogány család (1495.)

360.

1498. November 29. Buda. Ulászló király rendelete a vármegye tisztviselőihez az iránt, hogy Hilariust a sz.-Mihály archangyalhoz czimzett monostor főnökét megoltalmazzák azon jogaiban, melyek az Antonius constantinápolyi patriarcha által kiadott levélben foglaltatnak, mennyiben ezen jogok ellenére János munkácsi püspök a monostor területén lakó népektől díjakat szedni, s a monostor jövedelmeit jogtalanul magához vonni igyekszik.

Vladislaus Dei gratia rex Hungariae Bohemiae etc. fidelibus nostris comiti vel vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus Maromarusiensis, praesentibus et futuris salutem et gratiam. Exponitur maiestati nostrae in persona religiosi fratris Hilarii, Graecae fidei professoris, Prioris monasterii beati Michaelis archangeli in Maromarusio fundati. Quod licet nos certas litteras reverendissimi in Christo patris fratris Antonii Patriarchae Constantinopolitani, super certis indultis et libertatibus ac iuribus praefati monasterii, per eundem Patriarcham concessis, ad supplicationem eiusdem exponentis confirmaverimus, tamen venerabilis frater Ioannes episcopus de Munkacs Graecae fidei professor, in aestate proxime praeterita, contra huiusmodi indulta praefati patriarchae, omnes populos, in pertinentiis dicti monasterii commorantes, vigore quarundam litterarum, ad sinistram expositionem eiusdem, de maiestate nostra ut dicitur impetratarum, vellet et niteretur taxare, et ad illegitimam receptionem proventuum dicti monasterii inhiare, et licet nos utrasque partes, ad praesentiam maiestatis nostrae vocari fecerimus, ut inter ipsos super ipso negotio iudicium faceremus¹⁾. Tamen quia praefatus episcopus de Munkacs, pro tempore deputato coram nobis non comparuit, ideo nos ipsum exponentem in iuribus suis infra revisionem huiusmodi differentiarum turbari nolentes, mandamus fidelitatibus vestris serie praesentium firmiter, ut acceptis praesentibus praefatum exponentem, contra iura et privilegia dicti monasterii²⁾, ad solutionem illegitimam aliquorum reddituum praefato episcopo de Munkacs arctari non permittatis, sed ipsum interea quousque scilicet per nos causa et differentia praetacta revidebitur, maiestatis nostrae in persona at autoritate, praesentibus vobis in hac parte concessa, et iustitia mediante, protegere, tueri et defendere debeatis, secus non

facturi. Praesentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum Budae in vigilia festi beati Andrae apostoli. Anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo octavo. Regnorum nostrorum Hungariae etc. anno nono. Bohemiae vero vigesimo nono³⁾.

1) Ezen eset is egyikét képezte azon sok vizsgálódásnak, mely az egyházi joghatóság miatt támadt; egy újabb 1725-iki más esetről terjedelmes vizsgálatot közöl Dulskovics J. (Istoriceskia Certei III. 64. l.)

2) Az akkori idők minden vihara daczára, sz.-Mihály archangyal monostora fennállott a XVI. és XVII. századokban is, sőt virágzó állapotban kellett lennie, mert könyvnyomdával is bírt, az első könyvnyomdával e vármegyében; ezen nyomdából került ki, mint mondják, többek közt egy Pentecostar. Ezen virágzásnak sőt magának a monostornak a Rákóczy forradalom a XVIII. század elején véget vetett, midőn a felkelők azt felgyújtották, a templom és a monostor elhamvadt, falai összeomlottak, helyét mai nap egy a romok felé állított kereszt jelzi. Vagyonát Rákóczy Ferencz fejedelem saecularizálta. A leleszi convent e tárgyban 1761-ben vizsgálatot tartott (Protocolum anni 1762. pag. 185.) Lásd a vármegye protocolumát is 1705. évi april 22-éről.

3) A gyulafejevári (rom. cath.) káptalan levéltára őrei által 1721-ben kiadott átiratból közlé A. T. Laurian: Magazin istoricu III. k. 180. l. A. Saguna püspök: Ađaus la promemoria 1850. és Basilovics J. „Brevis Notitia” I. k. 23. l., a hol Hilarius helyett Gelasius említették.

361.

1499. Január 28. Buda. Ulászló király rendelete a leleszi conventhez az iránt, hogy udvari embere Dolhai Péter beiktattassék a Dragomérfalvi Demeter birtokaiba, ki büntettek elkövetése miatt vagyonát veszítvén, az a sz. koronára hárult. A beiktatásnak Dragomérfalvi Tivadar és Deák István ellenmondanak.

Uladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. Fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez salutem et graciam. Cum nos attentis et consideratis fidelitate et servitys fidelis nostri egregy Petri de Dolhay aulici nostri per eum sacre in primis huius regni nostri Hungarie corone ac deinde eciam maiestati nostre iuxta sue possibilitatis exigenciam exhibitis et inensis, bona et possessiones, porciones-

que et quelibet jura possessionaria in comitatu Maramarusiensi existentes et habita, que alias nobilis quondam Demetry de Dragomerfalva prefuissent sed ex eo, quod idem quondam Demetrius Dei et hominum timore postposito manifestis spolys, rapinis et alyis malis actibus se exposuisse et pro eisdem iam pridem ut manifestus predator detentus et jure mediante palo suffixus esse dicitur, ad nos sacramque predicti regni nostri Hungarie coronam et consequenter collacionem nostram regiam juxta antiquam et approbatam eiusdem regni nostri consuetudinem atque legem rite et legitime devolute esse perhibentur et redacta, simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentys quibuslibet premissis sic ut prefertur stantibus et se habentibus memorato Petro Dolhay suisque heredibus et posteritatibus unversis vigore aliarum literarum nostrarum donationalium superinde confectarum in perpetuum contulerimus, velimusque eundem in dominium eorundem et earundem per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci. Super quo fidelitati vestre firmiter mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Zanchi Vaynagh, vel Michael de Bedew, sive Petrus Naan de Zlathina alyis absentibus homo noster ad facies prescriptarum bonorum et possessionum, porcionumque et quorumlibet jurium possessionariorum vicinis et commetaneis eorundem unversis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatum Petrum Dolhay in dominium eorundem et earundem, statuaturque eosdem et easdem eidem premissis juris titulo ipsi incumbente perpetuo possidendas si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint evocet eosdem contra annotatum Petrum Dolhay ad terminum competentem nostram personalem in presenciam rationem contradictionis eorundem reddituros. Et post hec huiusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum qui premissis statutioni intererunt nominibus, terminoque assignato ut fuerit expediens eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude die Dominico proximo ante festum purificationis beatissime Marie virginis. Anno Domini M^o CCCC^o nonagesimo nono. Regnorum nostrarum Hungarie etc. Anno nono, Bohemie vero vigesimo nono. Nos itaque preinsertis preceptis et mandatis vestre serenitatis obedientes ut tenemur, una cum prefato Petro Naan de Zlathina homine vestre serenitatis unum ex nobis videlicet religiosum fratrem Mathiam presbyterum ecclesie nostre conventualem ad premissa fideliter exequenda nostro pro testimonio duximus destinandum, qui

tandem exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt eo modo: Quod ipsi in festo beati Mathey Apostoli proxime preterito ad faciem prescripte possessionis Dragomerfalwa vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, dum idem homo vestre serenitatis ipso nostro testimonio presente prefatum Petrum Dolhay in dominium eiusdem introducere ac eandem eidem premissis juris titulo ipsis incumbente . . . perpetuo possidendam statuere voluisset, tunc nobiles Tivadar ac Stephanus Deak de eadem Dragomerfalva¹⁾ huiusmodi introductioni et statuti contradictionis velamine obviassent, propter quod idem homo vestre serenitatis ipso nostro testimonio presente ibidem et eodem die ac in loco huiusmodi contradictionis eosdem Tivadar et Stephanum Deak de Dragomerfalva contra annotatum Petrum Dolhay ad octavas festi beati Georgy martyris nunc venturas vestre serenitatis personalem evocasset in presentiam rationem contradictionis eorundem reddituros. Datum duodecimo die diei evocationis prenotate. Anno Domini supradicto.²⁾³⁾

¹⁾ A nemes Deák család mai nap is birtokos Dragoméralfván, Konyhán stb.

²⁾ Leleszi Convent (D. Statutoriarum No. 43.) Másolat Petrovay Györgytől.

³⁾ Dragoméralfvárról nemességet igazoltak 1752. évben a Dragumir (1431.) Deak (1489.) Griel (1549.) Szakállós (1549.) Ficzagó (1549.) Zubaskó (1587.) Font, Bodruma családok: 1763—1768. években a Thorkos (1451.) Ostas (1470.) Offrim (1609.) Turkus alias Koncs (1672.) családok.

362.

1499. Október 14. Sziget. A vármegye négy főszolgabirája jelenti Ulászló királynak, hogy a Zidohavásban Farkasrévi nemes Lázárnak, Nagy Istvánnak és Szarvasszói Gerhes Jánosnak két tanyája volt, mely miatt Tarczay főispán és Drágffy Bertalan közt perlekedés támadt. A Furmolza havásban Szarvasszói Gerhes Jánosnak és Bank Jánosnak egy tanyája volt; a szaplonczai nemeseknek és Szarvasszói Gerhes Jánosnak a nagy havásban négy tanyájuk volt. Mindezeket Mátyás király haláláig békével birták, s azokról okirataik is voltak, de azokat elvesztették midőn István moldvai vajda emberei betörttek, több falut és várost elpusztítottak, felégették; minélfogva kéri a királyt, hogy ezen tanyákat a nevezett nemeseknek visszaadassa.

Fidelissima obsequia cum omni subiectione, serenissime princeps et domine domine noster gracieose, presentibus vestre patefacimus maiestati, quod in alpibus videlicet Zidohawasa nobiles . . Lazarus et Stephanus Magnus de Farkasrew, et Johannes Gerhes de Zarwazo habuerunt allodia siue staciones estivales pecorum vel hospicia vulgo Zallas duo,¹⁾ pro parte eius alpis nunc inter magnificum Bartholomeum Draghfy et Johannem Tharczay nostrum comitem causa extitit, seu lites mote sunt. Item in alpe Furmolcza hawasa nobiles Johannes Bank et alter Johannes Gerhes de Zarwazo habuerunt hospicium unum. Item nobiles de Szaploncza cum nobili Johanne Gerhes de Zarwazo ac eius fratribus in alpe magno²⁾ habuerunt quatuor hospicia sew staciones pecorum, qui omnia usque mortem serenissimi principis condam Mathie regis Hungarie pacifice possederunt, et de omnibus litteralia instrumenta sew privilegia habuerunt. Tamen ea perdiderunt propter quod Stephanus waywoda Moldavus quosdam latrunculos miserat in hanc terram devastandam eandem, tunc plures possessiones et oppida huius districtus per ignem fuerunt combusta et plures ex nobis sua perdiderunt privilegia et literas atque litteralia instrumenta. Quare per presentes vestram humillime precamur maiestatem, quatenus easdem staciones pecorum in alpibus prenominatis dictorum nobilium vestra maiestas gracieose remittens, reddere et reddificare dignetur.

Ex Zygeth feria tertia proxima ante festum Galli confessoris. Anno domini Millesimo quadringentesimo Nonagesimo nono.³⁾

Quatuor Judices ac Universitas
Nobilium Comitatus Maramarosiensis
Vestre Maiestati fideles.

In dorso legitur: Serenissimo principi domino Wladislao Regi Hungarie, Bohemie etc. Domino gracioso admodumque Metuendo.

1) „Allodium sive statio aestivalis pecorum vet hospicium vulgo Zallas“ megfelel az 1451. évi diplomában használt „descensus vel caula ovium“ kifejezésnek és egy jelentésű a juhakkal és a pásztor részére állított kalbával. A „descensus ovium“ kitétel alatt azon legelő terület értendő, mely egy nyári legeltetésre egy juhtanya részére szükséges, s ez románul „mutare“ nevet visel; így például a Petricea havas hat ily szállással bír, ugyanannyi juh vagy marhatanyával, egy-egy juhtanyára mintegy 500 drbot számítanak.

2) Zido - Swidova (?); Furmolza: Frumosa = Kraszna, Pével Mihály nagyváradi gör. cath. püspök ő nagyméltósága tulajdona; Alpis magna = Welyka; három havas a Taracz vizén, Brusztura körül és annak közelében. A havasak régen is önálló külön birtoktestet képeztek, miként az 1402. évi oklevélben láttuk és miként egy másik oklevél tartalmazza, mely szerint 1505. évben a Budescu vagy Budhavas önálló kir. adomány tárgyát képezte.

3) Papirra irt eredetiből, mely miután pecséttel ellátva nincs és két szóban igazítást tartalmaz, fogalmazványnak tekintendő, miután az ezzel majdnem szórolszóra egyező szöveg 1500. évről is megvan.

4) Szaplonczáról nemességet igazoltak 1752. évben a Tivadar alias Szaplonczai (1419.), Nán (1407.), Sztán (1401.), Pap (1482.), Bosa (1457.), Szteczko (1608.), Manaila (1624.), Finta (1685.), Tite (1608.), Holdos (1608.), Turda (1608.), György (1672.) családok.

1500. Aprilis 7. Sziget. A vármegye közönségének felterjesztése Ulászló királyhoz, ugyan oly tartalommal minő az előző oklevélben foglaltatik.

Fidelissima obsequia cum omni subiectione, serenissime princeps et domine domine noster graciose, presentibus vestre patefacimus maiestati, quomodo in alpihus videlicet Zodohawasa nobilis Lazarus

et Stephanus Magnus de Farkasrew, et Iohannes Gerhws de Zarwazo habuerunt allodia sew stationes estivales pecorum vel hospicia vulgo Zallas duo, pro parte cuius alpis nunc inter magnificum Bartholomeum Dragffy et Iohannem Tharczay nostrum comitem causa vertitur, sew lites mote sunt. Item in alpe Fwrmoltzahawasa nobiles Iohannes Bank et alter Iohannes Gerhes de Zarwazo habuerunt hospicium unum. Item nobiles de Zaploncza cum nobile Iohanne Gerhes de Zarwazo ac eius fratribus in alpe magno habuerunt quatuor hospitia sew stationes pecorum, que omnia usque mortem serenissimi principis condam Mathie regis Hungarie pacifice possederunt et de omnibus literalia instrumenta sew privilegia habuerunt. Tamen ea perdiderunt pro tunc quando Stephanus Wayvoda Moldoviensis quosdam latrunculos miserat in hanc terram devastandam eandem, tunc plures possessiones et oppida huius districtus per ignem fuerunt combusta, et plures ex nobis sua perdidit privilegia et literas et litteralia instrumenta. Quare per presentes vestram humillime precamur Maiestatem, quatenus easdem stationes pecorum in alpibus prenotatis dictorum nobilium vestra maiestas gratiose . . . reddere et reddifacere dignetur. Datum in oppido Zygeth feria tertia post dominicam Iudica. Anno domini millesimo quingentesimo.

Quatuor iudices et universitas
Nobilium comitatus Maramarosiensis
Vestre maestati fideles.

Dorso: Serenissimo principi Domino Vladislao regi Hungarie, Bohemie etc. Domino generoso atque metuendo.

Papírra irt és négy pecséttel ellátott eredetiből. Egyebekre lásd az előző oklevélhez tett megjegyzéseket.

364.

1500. Május 24. Buda. II. Ulászló király rendelete a Johannita rend keresztes vitézei székesfejérvári conventjéhez az iránt, hogy Cheebi Pogány Zsigmond pozsonyi gróf, Pogány György és János, valamint Thukaroveczky Máthé kamarás Urmező, Veresmarth, Felső-Apsa egész és Karácsonfalva részjóságokba beiktattassanak. A beiktatás ellenmondás nélkül történik, miután a Drágfy Bertalané visszavonatott.

Conventus Cruciferorum ordinis sancti Iohannis Ierosolomitani domus hospitalis ecclesie beati regis Stephani de Alba, omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentium notitiam habituris salutem in omnium salutis largitore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod nos litteras serenissimi principis domin-
Uladislai Dei gratia regis Hungarie, Bohemie domini nostri gratio-
sissimi introductorias et statutorias nobis patenter loquentes et directas summa cum reverentia recepimus in hec verba: Uladislaus Dei gratia rex Hungarie Bohemie etc. fidelibus nostris conventui ecclesie cruciferorum de Alba, salutem et gratiam, noveritis quod Sabbatho proximo post festum beate Elene regine nunc preteritum nobis una cum nonnullis magistris protonotariis et regni nostri nobilibus hic Bude constitutis, fidelis noster egregius Sigismundus Pogan de Cheebi comes Posoniensis, sua ac Georgii et Iohannis consimiliter Pogan de dicta Cheebi fratrum suorum et Mathei Thukaroveczky cubicularii nostri personis nostram veniens in presentiam, quasdam duas litteras unam scilicet conventus ecclesie de Lelez statutoriam clause, et aliam spectabilis et magnifici condam Stephani de Zapolya comitis perpetui terre Scepusiensis ac dicti regni nostri Hungarie palatini et iudicis Comanorum fassionalem patenter in papiro emanatas nobis presentavit. Quarum prime videlicet dicti conventus ecclesie de Lelez statutorie tenor talis est: Serenissimo principi Domino Uladislao etc. (vide sub No. 354.) Alterius vero utputa prefati condam Stephani comitis et palatini continentia verbalis hec est: Nos Stephanus de Zapolya etc. (vide sub No. 359.) Quibus presentatis prefatus Sigismundus Pogan, in sua ac aliorum quorum supra personis allegavit eo modo: Quod licet prescripte contradictioni dicte possessionarie statutionis vigore prenotate nostre regie donationis eisdem Petro ac Sigismundo, Georgio

et Iohanni Pogan, nec non Matheo Thukaroveczky in persona prefati Bartholomei Dragfy, ut pretactum est facte idem Bartholomeus Dragfy modo prenotato, cesserit et renunciaverit, eidemque statuti consenserit: nihilominus tamen ipsi Petrus, Sigismundus, Georgius et Iohannes Pogan ac Matheus Thukaroveczky adhuc juris ipsorum uberiorem ad cautelam, rursus et de novo se in dominium iam dictarum possessionum Urmezew, Veresmarth et Apsa, ac portionis possessionarie dicti condam Thome de prefata Urmezew in prefata possessione Karachonfalva habite introduci, easdemque possessiones et portionem possessionariam premisse nostre regie donationis titulo pro se ipsis statui facere vellent, lege regni nostri requirente, super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Stephanus de Dolha, ac Iohannes de eadem Dolha vel alter Iohannes de Waynak, seu Petrus Nagy de Zlathyna, seu Andreas Magnus de Kyrva, sive Georgius de Bilke, neve Iohannes Geurhes de Zarvazo, aliis absentibus homo noster ad facies pre nominatarum possessionum Urmezew, Veresmarth, Apsa et Karachonfalva consequenterque prescripte portionis possessionarie dicti condam Thome de prefata Urmezew, in eadem possessione Karachonfalva existentis et dicti juris regii nostri in eisdem habiti, vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo, introducat prefatos Petrum et Sigismundum, Georgium et Iohannem Pogan, nec non Matheum Thukaroveczky in dominium earundem et ejusdem, statuaturque easdem et idem eisdem, simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, premisse nostre regie donationis titulo ipsis incumbenti perpetuo possidendas, contradictione prefati Bartholomei Dragfy non obstante, si per alios non fuerit contradictum. Contradictores vero alii, si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatos Petrum, Sigismundum, Georgium et Iohannem Pogan, ac Matheum Thukaroveczky ad octavas festi beati Michaelis archangeli nunc venturas nostram personalem in presentiam rationem contradictionis eorum reddituros. Et post hec huiusmodi introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum si qui fuerint vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statucioni intererunt nominibus ut fuerit expediens octavas ad predictas dicte nostre personali presentie fideliter rescribatis. Datum Bude predicta secundo die termini prenotati. Anno Domini millesimo quingentesimo. Unde nos mandatis prefati domini nostri regis semper et in omnibus obedire volentes ut tenemur, una cum pre nominato Iohanne de Waynak homine

dicti domini regis nostrum hominem videlicet religiosum fratrem Albertum juniorem presbyterum cruciferum, socium nostrum conventualem ad prescriptam statutionem faciendam nostro pro testimonio fidedignum duximus destinandum. Qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt eo modo: Quod ipsi die dominico proximo ante festum beate Marie Magdalene proxime preteritum, ac aliis diebus immediate sequentibus ad id aptis et sufficientibus ad facies pre-nominatarum possessionum Urmezew, Veresmarth, Apsa et Karachonfalva, consequenterque prescripte portionis possessionarie prefati condam Thome de prefata Urmezew, in eadem possessione Karachonfalva existentis et dicti juris regii in eisdem habiti vicinis et commetaneis eorundem universis et signanter nobilibus Nicolao Feyer de Uglya, Iohanne Bank de Zarvazo, altero Iohanne Gerhes, Laurentio et Elia de eadem Zarvazo, Stephano Dolhay de Ruzkova, altero Stephano Waynak ac Francisco, Michaele Bencze et Stephano Ztoyka de Crychfalva ac Thoma Volyoz de dicta Uglya; atque circum spectis Michaele et Blazio Thako in oppido Thechew commorante jobbagonibus prefati domini nostri regis aliisque nonnullis probis inibi legitime convocatis et presentibus accessissent, idem homo prefati domini nostri regis ipso nostro testimonio presente introduxisset antefatos Petrum et Sigismundum, Georgium et Iohannem Pogan, nec non Matheum Thukaroveczky in dominium earundem et ejusdem, statuissetque easdem et idem eisdem simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet premisse regie donationis titulo ipsis incumbente perpetuo possidendas, contradictione prefati Bartholomei Dragfy non obstante, nullo tamen alio contradicte inibi neutiquam demum coram nobis apparente, legitimis etiam diebus et horis congruis in faciebus earundem moram faciendo. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras privilegiales pendentis et authentici sigilli nostri majoris munimine roboratas duximus concedendas. Datum sedecimo die diei introductionis et statutionis predictarum. Anno domini millesimo quingentesimo supra dicto. Venerabili et religiosi Ladislao preceptore magistro, Georgio lectore, Anthonio cantore, altero Georgio custode ceterisque fratribus ecclesie nostre predicte existentibus.

A kir. Curia levéltárában lévő eredetinek Jura György kir. táblai hites jegyző és Horváth Menyhért által Pozsonyban 1844. évi november 5-én hitelesített másolatáról.

365.

1588. Márczius 25. Dolha. Osztálylevél, melynél fogva a Dolhay György után maradt ingó javak gyermekei Dolhay Péter és Dolhay Sophia férjezett Beythy Balázné közt gyámjaik és választott bírái által megosztatnak. A Dolhai Sophiának jutott rész leltárba foglaltatik, gyámoknak felmentvény adatik.

My Koltsey Caspar és Koltsey Janos, Uosvay Georgy, Lupchei Ferentz, Dolhay Janos, Darvaj Peter, Bylkey Ferentz, Feyes Janos hetheny, Csiorba Gaspar Dolhay, aggiuk Emlékezetre myndeneknek, kyknek illyk, ez my leveleoneknak Rendyben, hogy mikoron mynketh Cornis Caspar Uram, Ztoyka Georgy Uram es Bylkey Matthe Uram, az zegeny megholt Dolhay Georgy Uram utolso testamentoma zerynth, az eo fyanak Dolhay Peternek, es leanianak Dolhai Sophi azzonnak, mostan Beythy Balas uram hazastarsanak, testamentomos gondvyseloy es Tutory Ide Dolhara, Ky Maramaros varmegieiben vagion, Giomeoltzolto Boldogh azzony Napjara giwytedttenek volna, az Zegeny meghholt Dolhay Georgy uram Jozaganak es Marhajanak, Dolhay Peter Keozeot es Dolhay Sophia azzonj Keozeoth, kyt zegyn Dolhay Georgy uram testamentom Zerynth hagiot ket fele oztani, Tudni illyk Araniat, tallert, garast es mindenfele pynzt, ezuesteot, Arany myvet es poharakat, Mosdokatth, az Vaynagj udvarhazath, portioyual egietemben, Daruan, Chritzfalvan, Keovesligeten, Herenchen, Zerfalvan, az Dolhay hazhoz mynden felseo jozagatth mynden ezuestet, Aranyat és Ingo Byngo Marhayat, azert my az feleol meghirt Tutorokual egietemben, Isten Zerynt, és az u Igazsaga Zerynth, mynden Aranyat mynden pynzt, myndenfele ezustet es marhath, az testamentum continentyaya Zerinth, igazan Dolhay Peter Keozeoth es Dolhay Sophi azzony Keozeoth megh Intezuen minden fele marhatth ket rezre oztottunk es Igazytattunk, melj el Igazytot Jozagroll es aranyrull, Tallerrul, pynzreol es ezust marharull, igaz layistromot attunk, mind Dolhay Peternek es Dolhay Sophi azzonnak, mely Regestromoth my megh Erositetteonk kezeonk Irassaul es petheteonkell es my eleottunk ez feleol megh Irth Cornis Caspar uramath, Ztoyka Georgy uramath es Bylkey Matthe Uramat, Udj mint tutorokath, Dolhay Peter uram es Dolhay Sophi azzony Beythy Balasne azzonyom cuietaltha es az testamentomnak

contentiaya Zerynth tellyes menedeket attanak kezeket beadvan, az tutoroknak magok mentzegere, kynek bizonsagara eoreok Emlekezetteol my Arbiterek leuoen, attuk az my peisietes leveleonketh Kezeonk Irasaul megh ereositven. Keolt Dolhan az feleol meg Irt Napon 1588. eztendeoben. Ilsvay Gyeorgy, Feyes Janos, Casparus Czorba, Iohannes Dolhaj, Darvay Peter, Idem Franciscus Bilkey m. p. Ioannes Keltchey m. p. Idem Caspar Keolczey m. p.

Anno 1588. Giumeoltzoitho Boldog azzony nap utan valo kedden ozlas zerynt Jutot Beythy Uram zamara ezust, arany, penzh, és egieb felek ruhak zam zerynth ezek:

Mas fel zaz taller.

Tizenket penzes garas hatth forinth.

Egyueleges taller het forinth tizenket penz.

Garas feyr penzel egyueleg h eoth forinth.

Bapka hat forinth negyven penz.

Negywen eoth Arany.

Zaznegjuen hatodfel forinth tizenharom penz.

Molnár Jacob adossagaban jutot huzoneoth forinth.

Az Sugan Lazlo és Kurilo Janos adossagabol jutotth harmintzketh forinth.

Az Dolhaj Sophy azzonyom Jobbagia Chiakan Gyeorgy ados tiz forintal azt is Balas Uram megwegie.

Az juhok arrabol attunk harmintz harom forintoth és harmintz niolczad fell penzt.

Hatt pey Zekeres lovak Zerzamosol.

Egy hyntho zeker weres poztoval boritoth.

Keth eoregh Aranas syma pohar.

Ismet ket kisseb Aranyas syma pohar fedelesteoll.

Ket feyr syma pohar egyyk oregh mas kisseb.

Ket aranas fedeles viragos kupa.

Egy fehyr pohar keozep zereo.

Egy ezusteos szerethen dio pohar.

Egy eoregh ezüst kanna syma.

Egy kissebb Kanna abrinthos, araniazoth az Abronthia.

Egy ezust mosdo Korsostull.

Tizenegy ezust kanal az tize oregh Aranas, az mas kisseb sima.

Egy wekonj zakadozath partha eu.

Egy kis partha eu Aranyas.

Egy eoregh partha eu lantzostul aranas.

- Egy estheo ezust aranyas kez eleo.
 Egy Gieongy lantzotzka.
 Egy Kithyn arany lantzotzka.
 Egy bonthiok Nyakban ueteosteol ezust arantias.
 Egy eoreogh aranjlantz, zazharmintz nioltz zem benne.
 Heath eoreogh arany giureo.
 Negy apro arany giureo kezfogasos.
 Egy gieongieos feketheo.
 Egy Arany zyn dupla tafatha zoknya fekete barsonal hanth.
 Egy feyr theoveobeth zoknya fekete barsonnal premezeth.
 Egy zeold dupla tafotha zoknya fekethe barsonnal premezeth.
 Egy fekete barsonj zoknya, az ualla synorozot.
 Egy weres dupla barsony zoknya ezüst synorozasos az ualla.
 Egy orozlan szyn zoknya weres barsony az preme.
 Egy weres dupla barsony kis suba nestel belleth, fekethe az preme.
 Egy fekethe dupla Barsony kis suba nestel belleth ezusth synorozassos.
 Egy Arany zyn dupla sarga tafota kis suba nestel belleth Keotesses az preme.
 Egy darab roka niak gerezna harmintz niak.
 Az masikban wagion roka nyak negyuen heth.
 Az harmadykban wagion roka nyak eothuen heth.
 Egy roka mall gerezna harmincz niolcz mall benne.
 Mas roka mall gerezna tizennioltz mall benne.
 Az harmadik gereznaban huzonegy mall wagion.
 Keth darab nest thorok.
 Egy viselő zeold tafota kis suba nestel belleth fekethe barson preme.
 Ket gioltz vethes Kendeo Kezkeneo.
 Ket gioltz warroth Kendeo Kezkeneo.
 Egy paraszt wankos hej.
 Tiz temerdeksahoz abroz weg.
 Tiz feyeritet Wazon lepedeo.
 Ket abroz egy Kendeo Kezkeneo sahos.
 Egy sahoz abrozz.
 Egy wekonj Wazon lepedeo.
 Mas vekonj wazon lepedeo.
 Egy eoregh sahos abrozz.
 Egy vekony gioltz lepedeo.
 Egy sahoz abroz lengiel orzagy.

Egy wekonj wazonj lepedeo.

Egy gioltz lepedeo.

Egy sahos Kendeo Kezkeneo.

Keth Kendeo Kezkeneo.

Tizenhatodfel singh sahoz abroz.

Mas tizenharom singh sahoz abroz.

Feel wegh wekonj wazonj.

Feel wegh wekonj abroz.

Feel wegh temerdek abroz.

Harom Kendeo Kezkeneo egy wegben.

Egy darab temerdek sahos abroz.

Egy fel wegh temerdek sahos abroz.

Egy fel wegh temerdek wazonj abroz.

Egy fel wegh temerdek sahos abroz.

Egy feel wegh temerdek wazonj.

Egy feel wegh temerdek wazonj.

Egy wasas so szekereth.

Minden aprostul, okreosteol, tehenesteol harmincz eot barom.

Harmintz ketzke fiastul.

Mindenesteol foguan tizenket dizno.

Harmintzharom Menes minden aprostull.

Egy rez Mosar.

Ioannes Keoltchey mp. Idem Caspar Keoltchey mp. Casparus Chiorba, Dolhaj Janos mp. Darvay Peter, Bylkej Ferentz, Feyes Janos.

A XIV. és XV. századokból csak latin szövegű okiratokra akadtam. Az élőnyelvek írásbeli használata nálunk csak a XVI. században, a tudományok és művészetek ujjaszületése után kezdődik. De hogy némileg tájékozva legyünk az azon időbeli nyelvek irányáról, jónak láttam ezen gyűjteményhez két osztálylevelet csatolni a XVI. századból. Az egyik magyar nyelven íratott s 8 pecséttel van ellátva, eredetie Szilágyi István igazgatónál, másolata Petrovay Györgytől; ezt az eredeti helyes írással közltem, fel vannak sorolva benne azon tárgyak, melyekkel az azon időbeli jó módu családok ellátva voltak. — A másik oklevél eredetiye román nyelven, Cyril betűkkel papíron íratott, befejezése és pecsételi hiányoznak, ingatlan jószágok megosztását tárgyalja. Az osztály egyezség létrehozásánál akkoron élt 24 nemes férfiú működött közre.

366.

1593. Május 24. Osztálylevél, melynél fogva a Budfalvi Pap Lázár után maradt jószágok három részre akként osztatnak meg, hogy Pap Gergely része Felső-Láposon adatott ki; a Rogozi, Budfalvi, Visói, Mojszini és Borsai jószágok pedig két részre osztattak Pap Tamás és Mihály Demeter a Pap Mária férje közt, miután utóbbiak viselték az öregek temetési, és az ezen jószágok iránti perek költségeit. Az osztályegyezség 24 nemes férfiu jelenlétében jött létre.

Facem de scire tutororu cui se cuvine a sci de rindu acestu lucru, precum in anulu acesta 1593, Msa. Mai 24. inaintea noastră mai josu scriși, sau alegăduitu Pop Tamaș din Rogoz cu șogoru seu Mihai Dumitru, cu împărțiaștina iosaguriloru într'acesta chip, pre cum mai josu va urma: care unde se tie; că avându Pop Lazar din Budesci care și in Rogoz 4. feciori și o fată ce au chieľmat Marie; feciori 1. Grigoriu, 2. Tămaș, 3. Nicolae, 4. Vasilie și a 5. fată Marie, pre care o au datu in Borșa la loculü Mă
. Nemeș Mihai Dumitru și loculü din Borșa și din Vișao și din Moisiu i se vine, într' acesta chip precum Pop Lazar au avut muere pre Dómna Malina fata Simi, sora cu Grad, cu Găvrilă, cu Jonaș și cu Georgie, și feciorii a lui Pop Lazar au muritu in tabără și au remas v. și fata; si iosagulu l'au împărțitu in 3. adecă lui Grigore au venitu partea in Lapușulu de sus; lui Tămaș și fetei ii Marie in Rogoz și in Maramoreș in Budesci și in Vișao și in Moisiu și in Borșa, și au împărțitu așa că Tamaș cu fata se și impartă in dóua in totu loculü cu munți cu totü, căci Pop Tamaș cu șogoru seu Mihai Dumitru au peľrecutu și bătriniü și multu sau chieľtuitu cu vrajba ce au avutu cu muerea
prenduse pentru iosaguri si inaintea totu amendoii au umblatu; și așa sau invoitu, că de aru rămâne careva fără sãmintiă cel alaltu se i lasă iosagulu se nu se confiscuiască; și care aru vre se strice acésta împărțiaștină se pue și tot așa se fie împărțitoriu iosagulu pre cum mai sus sau arătatu, și au fostu la alegădașulu acesta 1. Domnu fisolgabir Iodi Mihai. 2. Nemes Maros Ianos din Cohe. 3. Simon Grad din Vișo. 4. Grad Vesian. 5. Petru Balea. 6. Vlad Ion. 7. Pop Lazar din Vișo de josu. 8. Petru Donca

din Șaio. 9. Dancuș Dumitru din Jeud. 10. Nicolae Dragumir de Dragomirfalva. 11. Șimon Ostaș, 12. Joan Velad din Silisna. 13. Vasilie Sima de Sacialu. 14. Coman Dan din Moisii. 15. Coman Ilieș. 16. Gergel de Vișeu de sus. 17. Rednic Vasilie din Julesci. 18. Borodi Matei din Sirbi. 20. Bud Jonaș din Budesci. 21. Domnu Pop Mihai din Budesci fecтору lui Pop Luca. 22. Marinca Stefan. 23. Domnu Pop Stefan din Șaraso; de cătră slavită varmegie trimis spre acéstă împărțiaștina veșnica intre mai sus pomeniți Nemes Pop Tămaș și Mihai Dumitru și prin protopopulu locului Petru

Dorso: Exhibitae coram sedria generali I. Cottus Maramro. 28-a Juny 1593. celebrata.

In absentia DD. notariorum
Ioannes Petrovaj mp.
 jud. I. cottus Maram.